ea que dicūtur de ſubiecto oīa predicanť noīe ⁊ ratione de ſubiecto vt hō predicať de ſorte et platone. Eorū vō que ſunt in ſubiecto in pluribus quidē neqȝ nomē neqȝ ratio predicať de ſubiecto. vt hec albedo vel hoc album. In aliquibus autē nomē nihil ꝓhibet pdicari de ſubiecto rationē vero pdicari de ſubiecto eſt impoſſibile. vt albū predicať de ſubiecto. ratio vero albi nunqȝ de ſubiecto predicatur. Item ſecundaꝝ ſubſtantiaꝝ ſpecies eſt magis ſubſtantia quā gen⁹ quia ſpēs eſt ꝓpinquior pme ſubſtantie quā genus. ⁊ etiā quia pluribus ſubſtat. Quibuſcunqȝ em̄ ſubſtat genus eiſdē ſubſtat ſpecies ⁊ cum hoc ſpēs ſubſtat ipi generi. Sed ſpecies ſpecialiſſime equaliter ſubſtant et equaliter ſunt ſubſtātie. vt hō equus ⁊ ſiľa His viſis dicendū eſt de cōitatibus et ꝓprietatibus ſubſtantie. Cōie eſt omi ſubſtantie in ſubiecto nō eſſe. quia eſſe in ſubiecto cōuenit ſolum accidenti. hoc patet in pmis ſubſtantijs p diffinitionē pme ſubſtantiē in ſcdis aūt patet inductione ⁊ ſyllogiſmo. Inductione. ſic hō non eſt in ſubiecto. equus nō eſt in ſubiecto. leo non eſt in ſubiecto neqȝ aial: ⁊ ſic de ſingulis. ergo nulla ſcda ſubſtantia eſt in ſubiecto. Syllogiſmo ſic. nihil eoꝝ que ſunt in ſubiecto predicanť noīe et ratione de ſubiecto. ſed oīs ſcda ſubſtantia predicať noīe ⁊ ratione de ſubiecto. ergo nulla ſcda ſubſtantia eſt in ſubiecto. Hoc aūt nō eſt ꝓpriū ſubſtantie ſed etiā differentie cōpetit. ⁊ hoc intelligiť de differētijs ſubſtantie. Nec eſt inſtantia de ptibus ſubſtantie q̄ ſunt in ſuo toto ⁊ ideo videntur eſſe in ſuo ſubiecto. quia alius eſt modus eſſendi in vt accidēs eſt in ſubiecto. ⁊ alius ſicut pars in ſuo toto. vt ꝑus patuit. Item oībus ſcdis ſubſtantijs ⁊ differentijs eaꝝ cōuenit vniuoce predicari. Hec em̄ oīa predicanť de pmis ſubſtantijs noīe ⁊ ratione quare vniuoce predicanť. Item oīs pma ſubſtantia ſignificat hoc

aliquid: id eſt indiuiduū ⁊ vnū numero. Sed ſcḋa ſubſtantia vide
tur ſignificare hoc aliquid ſub appellationis figura eo ꝙ eſt in pᷓma
ſubſtātia: ⁊ etiam de eſſentia eius nō tamē ſignificat hoc aliqḋ: ſed
potius quale quid ſiue cōmune. Non eñ illud qḋ ſignificat per ſe
cundā ſubſtantiā eſt vnū numero ſicut illud quod ſignificat per pri
mam ſubſtantiā. Item ſubſtātie nihil eſt contrariū: ſed hoc non eſt
ꝓprium ſubſtantie: qꝛ non cōuenit ſoli ſubſtantie. ſed etiā quātitati
⁊ quibuſdam alijs. Item ſubſtātia non ſuſcipit magis neqꝫ minus.
Non eñ dico ꝙ vna ſubſtātia magis ſubſtat ꝙ̄ alia: ſed dico ꝙ vna
queqꝫ ſubſtantia ſcḋm eſſe ſuū non intendit neqꝫ remittit. vt albuꝫ
quandoqꝫ eſt magis album quādoqꝫ minus albū. Sortes vero non
eſt magis homo vno tpe ꝙ̄ alio tpe nec magis homo ꝙ̄ plato. Itē
ꝓprie proprium eſt ſubſtātie cum ſit vna ⁊ eadē nūero ſcḋm ſui muta
tionē eſſe ſuſceptibilem contrarioꝝ. vt idem hō aliquādo eſt albus
aliquādo eſt fuſcus: aliquādo eſt niger: aliquādo eſt calidus: aliqñ
paruus: aliquādo ſtudioſus. Neqꝫ eſt inſtātia de oratione: qꝛ licet
hec eadem oratio: ſortes ſedet: aliquādo eſt vera aliquādo falſa: ta
men hoc nō eſt ſcḋm ſui mutationē ſed rei: vt quia ſortes currit vel
ſedet. Et ideo nota ꝙ verū et falſum ſunt in rebus. vt in ſubiecto et
ſunt in oratione: vt in ſigno. Unde equiuocat modus eſſendi in cū
dicit verū ⁊ falſum eſſe in rebus ⁊ in oratione. Similiter equiuoca
tur ſuſceptibile cum dicit res eſt ſuſceptibilis veri ⁊ falſi ſicut ⁊ ora
tio ē ſuſceptibilis veri ⁊ falſi. ſicut eñ equocat ſuſceptibile cū dicit
vrina hominis vel aialis eſt ſuſceptibilis ſanitatis. ⁊ animal eſt ſu
ſceptibile ſanitatis. Hec eñ ſuſcipit ſanitatem quia ſignificat eam
Illud vero eſt ſubiectum eius. Et ita hoc proprie non cōuenit ora
tioni: ſed ſoli ſubſtantie.

## Capitulū ſecūdum de predicamento Quātitatis.

Uantitatis aliud ꝯtinuū aliud diſcretū. Quātitas ꝯti
q nua eſt cuius ptes copulanᷣ ad eundem terminū coīem:
vt ptes linee copulanᷣ ad punctū. Eſt aūt diſcreta quā
titas: vt numerus ⁊ oꝛatio. Unde due ſunt ſpēs eius. Nō em̄ eſt in
nūero aliqs terminus cōīs ad quē partes nūeri copulanᷣ. vt in de-
cem quinq̄ ⁊ quinq̄: aut tria ⁊ ſeptē ad nullū terminū copulanᷣ ſed
ſemꝑ diſcrete ſunt. Eſt aūt nūerus multitudo ex vnitatibus agg re
gata. ſilr in oꝛatione ſillabe nō copulanᷣ ad aliquē terminū ſed vna
queq̄ ſeparata eſt ab alia. Quātitas aūt continua: alia linea. alia.
ſupficies. alia coꝛpus. alia tpus. alia locus. Uñ quinq̄ ſūt ſpēs ei⁹.
Quod aūt linea ſit quātitas cōtinua patet: qꝛ ptes eius copulanᷣ
ad aliquē terminū cōiem: puta ad punctū: ⁊ ptes ſupficiei ad lineā
partes coꝛpis ad ſupficiē. partes aūt tpis ad nūc: vt pꝛeteritū ⁊ fu
turū ad pſens partes aūt loci ad eūdē terminū copulanᷣ ad quem
coꝛpis pticule. His viſis dicendū eſt de cōitatibus quātitatis. Pꝛi
ma cōitas eſt: quātitati nihil ē ꝯtrariū: vt bicubito: tricubito. vl' ſu
pficiei nihil eſt cōtrariū: qꝛ cōtrarietas p̄m ⁊ ineſt qualitatibus nō
oībus ſed quibuſdā: ꝫ quātitas nō eſt q̄litas: quare ſequiᷣ ꝙ cōtrari
etas nō eſt in quātitate. Itē quātitas nō ſuſcipit maius neq̄ minus
Nō em̄ vna linea eſt magis linea q̄ alia nec nūerus ternarius ē ma-
gis nūerus q̄ binarius ⁊c. Item ꝓpꝛiū eſt quātitati ſcd̄m eam eq̄le
vel inequale dici. vt vnus nūerus ē equalis vel inequalis alteri nu-
mero: vt vnū coꝛpus eſt equale vel inequale alteri coꝛpoꝛi ⁊ vna li-
nea eſt equalis vel inequalis alteri linee.

## Tercium capitulū de pꝛedicamento Ad aliquid.

D aliqd vero talia dicūtur quecūq̄ hoc ipm qd̄ ſūt allo-
a rū dicunᷣ vel quolibet aliter ad aliud. vt duplum dimi-

dij duplum ꝛ dimidiū dupli dimidiū. pater filij pater. filius patris filius. ꝛ maius minoꝛe maius. ꝛ minus maioꝛe minus. Uel ſub habitudine alterius caſus. vt ſimilis ſimili ſilīs. vicinus vicino vicinꝰ Relatiuoꝛū tres ſunt ſpecies. Quedā dicūtur ſcdm̄ eq̄parantiā. vt quecunqꝫ eodē nomīe dicūtur. vt ſimilis ſimili ſilīs. vicinus vicino vicinus: equalis equali eq̄lis. Alia ſcda ſupꝛapoſitionē dicūtur. vt duplū triplum. quia iſta ſupꝛaponūtur alijs ſicut dn̄s ſeruo ſupꝛaponitur Alia vero ſcdm̄ ſuppoſitionem. vt ſeruus dn̄o ſupponitur ꝛ filius patri: ꝛ dimidiū duplo ꝛc. Poſt hec ſequūtur cōitates relationis. Prima eſt q̄ cōtrarietas eſt in relatione. vt virtus eſt contraria vicio cum vtrūqꝫ eoꝛum ſit ad aliq̄d. hoc aūt non cōuenit om̄i relationi. duplo em̄ nihil eſt cōtrariū neqꝫ triplo. Item relatiua ſuſcipiunt magis ꝛ minus. vt ſimile dicit̄ magis ꝛ minus ſimile ꝛ ſilr inequale. Sed hoc non conuenit oībus relatiuis. duplū em̄ non dicit̄ magis ꝛ minus duplū neqꝫ triplum neqꝫ pater. Itē relatiua dicuntur ad conuertentiā. vt pater filij pater. filius patris filius. Itē relatiua ſunt ſimul natura. ſimul em̄ ſūt duplum ꝛ dimidiū: pater ꝛ filius. Itē relatiua poſita ſe ponunt: ꝑempta ſe peribunt. vt ſi duplū eſt dimidiū eſt: ꝛ econtra. vt ſi duplum nō eſt dimidiū non eſt ꝛ ecōtra. Item alia diffinitio relatiuoꝝ eſt. Ad aliq̄d ſunt q̄bus hoc ip̄m eſſe q̄ ſunt eſt ad aliud quodāmodo ſe habere. ꝛ hec eſt ꝓpꝛia definitio relatiuoꝝ Item ꝓpꝛium eſt ralatiuoꝝ q̄ ſi quis definite nouerit vnū relatiuoꝛū definite noſcet ꝛ reliquū. vt ſi quis definite nouerit quid ſit duplum: definite noſcet id cuius eſt duplum. neceſſe eſt em̄ in vtroꝛumqꝫ rationibus vtriſqꝫ vti.

## Capitulū quartum: de pꝛedicamento Qualitatis.

Ualitas eſt ſcđm quā qlis eſſe dicimur. vt ſcđm coloꝛes
q coloꝛati: ⁊ ſcđm iuſtitiā iuſti. Qualitatis quatuoꝛ ſunt
ſpecies. Pꝛima eſt habitus ⁊ diſpoſitio. Differt aūt ha-
bitus a diſpoſitione quia habitus eſt permanētioꝛ ⁊ diuturnioꝛ vt
ſunt virtutes ⁊ ſciētie. Scientia eñ difficillime eſt mobilis niſi foꝛ-
te grandis ꝑmutatio fiat ab egritudine vł ab aliquo hmōi circa ſci
entē. ſilr eſt de virtute. Juſtitia eñ vel caſtitas nō cito vł de facili ꝑ-
mutanṫ. Diſpoſitiones vō dicunṫ que de facili permutāṫ. vt coloꝛ
frigiditas egritudo ſanitas. Unde habitus poſſūt dici diſpoſitio-
nes ⁊ nō ecōuerſo. Jlli aūt qui habitū habent quodāmodo ſunt di-
ſpoſiti vel melius vel peius ad ea que habent. Diſpoſitiōes aūt nō
ſunt habitus. Unde habitus poteſt ſic diffiniri. Habitus eſt quali
tas difficulter mobilis a ſubiecto. Scđa ſpecies q̄litatis eſt natura
lis potentia vel impotētia aliqđ facile faciendi vel patiēdi. vt ſana
tiuus diciṫ qui habet naturalē potentiā. vt nihil ab aliq̄bus accidē
tibus egritudinē inferētibus patiatur. Et egrotatiuus diciṫ q̄ ha-
bet naturalem impotentiā aliquid paciendi. Durū autem diciṫ ha
bere naturalē potentiā reſiſtendi ſectioni. Et molle naturalē impo-
tētiam qꝛ ſcito ſecaṫ. Curſoꝛes ⁊ pugillatoꝛes dicunṫ ſimul de iſta
ſpecie: nō quia exerceant actus ſuos: ſed quia habēt natnralē potē
tiam hoc faciendi. Tertia ſpecies q̄litatis eſt paſſio ⁊ paſſibilis q̄li
tas: vel ille qualitates que efficiūt in ſenſibus paſſiōes. vt in guſtu
dulcedo amaritudo ⁊ ſimilia. Et etiā ille q̄litates ſunt in hac ſpecie
que ab aliquibus paſſionibus generanṫ. vł facile vł difficile mobi
libus ⁊ ꝑmanentibus. ſiue eñ nigredo ab aliqua paſſione naturali
genereṫ ſiue ab egritudie ſiue ab eſtu q̄litas paſſibilis diciṫ. Quar
ta vero ſpecies q̄litatis eſt foꝛma ⁊ circa hoc aliquid cōſtans figura

vt diſpoſitio corpis. vt triangulatio q̄drangulatio rotūditas curuitas rectitudo. Qualia vero dicūtur que ſcd̄m hec denoīatiue dicunt̄ vel quomodolibꝫ aliter ab his. vt a grammatica gr̄maticus a iuſtitia iuſtus: Vel que dicunt̄ aliqua qualitate non denoīatiue eo ꝙ nomen nō eſt impoſitum ipi q̄litati. vt curſor ⁊ pugillator. Et nota ꝙ curſor ⁊ pugillator dicūtur dupliciter. Uno modo dicunt̄ curſor ⁊ pugillator ab arte currendi ⁊ pugillandi. ⁊ ſic ſunt in p̄ma ſpecie qualitatis: quia iſte artes ſunt habitus. Alio modo dicitur curſor nō ꝙ habeat artem currēdi. ſed quia habet naturalē potentiam ad actum currēdi: ⁊ pugillator nō ꝙ habet artem pugillādi. ſed q: habet naturalem potentiā ad actum pugillandi. Et iſto modo dicunt̄ qualia ab iſtis naturalibus potentijs. ſed non denoīatiue eo ꝙ nomina ſunt impoſita iſtis naturalibus potentijs a quibus dicunt̄ qualia: et ſic curſor ⁊ pugillator ſunt in ſcd̄a ſpecie qualitatis. Alia autem dicūtur qualia nō denominatiue non qm̄ nomen non eſt impoſitum q̄litati: ſed qm̄ quale non participat illud nomē. vt ſtudioſus a virtute. et ſic ſunt tres modi ſumēdo quale a q̄litate. Eſt autē cōtrarietas in q̄litate. vt albedo ꝯtrariatur nigredini ⁊ ſilr̄ iuſtitia iniuſtitie. Hoc aūt non eſt ꝓpriū qualitati quia nō cōuenit om̄i q̄litati. Figura em̄ non habet aliquid contrarium neqꝫ medij colores. vt rubedo flauedo. Et ſciendū ꝙ ſi vnū contrario ꝝ fuerit quale reliquū erit quale. vt iuſtitia eſt qualitas: ergo iniuſtitia. iuſtū eſt quale: ergo iniuſtū. Itē q̄litas ſuſcipit magis ⁊ minus. dr̄ em̄ iuſt⁹ magis ⁊ minus iuſt⁹ ⁊ albus ⁊ grāmaticus. ſ; hoc nō eſt ꝓpriū q̄litati. quia q̄dratū nō ſuſcipit magis neqꝫ minus neqꝫ circulus neqꝫ q̄drāgulatio neqꝫ circulatio. Itē ꝓpriū eſt q̄litati ſcd̄m eā ſil'e vel diſſil'e dici. vt alb⁹ albo ſil'is dr̄. ⁊ iuſtus iuſto. alb⁹ aūt nigro diſſil's dicit̄.

## Capitulum quintum de Actione.

a Ccio eſt ſcđm quã in id qđ ſubijcit agere dicimur. vt ſe-cãs aliqs dicit agere in eo ꝙ ſecat. Vñ ſectio eſt actio. ⁊ ſcđm ſectionẽ agit ſecans in eo ꝙ ſecat ⁊ percuſio eſt a ctio. Item ꝓpꝛiũ eſt actioni ex ſe inferre paſſionẽ. Recipiũt aũt age re ⁊ pati cõtrarietatẽ. Calefacere eñ eſt cõtrariũ ei qđ eſt frigidum facere. Et delectari eſt cotrariũ ei qđ eſt triſtari. Recipiunt agere ⁊ pati magis ⁊ minus. Calefacere eñ magis ⁊ minus dicit. Et cale-fieri dicit magis ⁊ minus. Et ſimiliter delectari ⁊ triſtari.

## Capitulum ſextum de Paſſione.

p Aſſio eſt effectus illati oq; actionis: vt calefieri infertur ex calefacere. Pꝛopꝛiũ aũt paſſionis eſt ꝑmo inferri ex actione. Item paſſio nõ eſt in agente: ſed in patiẽte. De reliquis vero que dicta ſunt modo ſufficiãt. Que ſequũtur de alijs qu atuoꝛ ꝑdicamentis non ſunt dicta a Petro Hyſpano.

## Capitulum ſeptimum de Quando.

q Uando eſt qđ ex adiacentia tpis in re tempoꝛali dere-linquit. vt hodie eſſe cras foꝛe. Item duplex eſt quãdo ſcilicet ſimplex ⁊ compoſitũ. ſicut duplex eſt tẽpus. Itẽ tres ſunt ꝓpꝛietates quando. Pꝛima eſt ꝙ quando nõ ſuſcipit ma-gis neq; minus. Secunda eſt ꝙ quando nihil eſt contrariũ. Tertia eſt ꝙ quando eſt in omi illo qđ incipit eſſe in tempoꝛe.

## Capitulum octauum de Ubi.

# Tractatus Tertius.

Vbi eſt circūſcriptio corpis locati a loci circumſcriptiōe procedens. vt in eccleſia eſſe. in foro eſſe. Et diuidit vbi quia quoddam eſt vbi ſimplex et eſt illud quod a ſimplici loco ꝑcedit. vt eſt locus punctoꝝ. Et quoddam eſt vbi compoſitum. ⁊ eſt illud qḋ a loco cōpoſito procedit. Proprietates vbi ſunt due. Prima eſt qḋ vbi nihil eſt cōtrariū. Scḋa eſt ꝙ vbi nō ſuſcipit magis neqꝫ minus. hoc eſt ꝙ vbi nō ſuſcipit intēſionē ⁊ remiſſionē.

## Capitulum nonum de Poſitione.

Poſitio eſt quedā partium ſitus ⁊ generationis ordinatio vt ſeſſio ſtatio ⁊c. Item tres ſunt ꝓprietates poſitionis. Prima eſt ꝙ poſitio non habet cōtrarium. Secūda eſt ꝙ poſitio non ſuſcipit magis neqꝫ minus. Tertia eſt ꝙ ꝓprie proprium eſt poſitionis ſubſtantie proxime aſſiſtere.

## Capitulum decimum de Habitu;

Habitus eſt corpoꝝ et eoꝝ que circa corpus ſunt adiacētia vt tunicatū eſſe brachatū eē. Et tres ſūt ꝓprietates eius. Prima ꝙ habitus ſuſcipit magis ⁊ minꝰ. vt eques eſt armatior pedite. Scḋa ꝙ habitus nō habet contrarium. Tertia ꝙ habitus ſempꝛ eſt in pluribus ſcilicet in habente ⁊ in habito.

## Sequitur de quinqꝫ poſtpredicamentis.

## Tractatus vltimus huius tertij de poſtp̄dicamentis quinqꝫ habet capitula. Primū eſt oppoſitione.

Dicitur aūt alterum alteri opponi quadruplr̄. Oppoſitoꝝ em̄ quedā ſūt relatiua. vt pater ⁊ filius; duplum ⁊ dimi

dium. Quedā ſunt ꝑuatiue oppoſita. vt priuatio ⁊ habitus. viſus ⁊ cecitas: auditus ⁊ ſurditas. Alia ſunt cōtrarie oppoſita vt album ⁊ nigrū. Alie ſunt cōtradictorie oppoſita. vt ſedere ⁊ nō ſedere. Que aūt ſūt relatiue oppoſite dictum eſt ꝑus in capitulo de relatiōe. Cōtraria ſunt quecunq; ſub eodem genere poſita ſunt: ⁊ maxime a ſeinuicem diſtant: ⁊ eidē ſuſceptibili viciſſim inſunt: a quo mutuo ſe expellunt niſi alterū eorum inſit a natura: vt albedo in cygno et nigredo in coruo. Caliditas autem non eſt in igne. vt accidens in ſubiecto: immo vt ſubſtātiale in eo cuius eſt ſubſtātiale. ſicut ſunt quedā que cadunt in definitione alicuius: nō ſcđm ꝑdicationē: ſed potius vt principiū. vt pūctus iu definitione linee: et vnitas in defiffitiōe nūeri. Et iſte modus eſſendi in cōtinet ſub quarto modo: ſcꝫ quē vnaqueq; pars definitionis eſt in ſuo definito. et ſic ignis nō eſt ſubiectum caliditatis: ſꝫ materia ignis eſt ſubiectū eius. hec em̄ ſuſceptibilis eſt caliditatis et frigiditatis. Vñ caliditas eſt in materia ignis vt in ſubiecto. in ingne vero nō vt in ſubiecto ſed vt ſubſtātiale in eo cuius eſt ſubſtantiale. Ignis eſt ſubtiliſſimū corpus calidū agens ſup aera ſecundū ſuā totam virtutē. Priuatiue oppoſita ſunt que habēt fieri circa idem ſubiectū ordine irregreſſibili tēpore determinato a natura. Ordine irregreſſibili dico: quia ab habitu in ꝑuationē deuenire poſſibile ē: ſed nō ecōuerſo. Impoſſibile eſt em̄ a ꝑuatiōe in habitū regreſſuꝫ fieri. vt viſus ⁊ cecitas habēt fieri circa oculū. A viſu aūt deuenire i cecitatē poſſibile ē ſed nō ecōuerſo.

## Capitulum ſecundū de modis prioris.

p

Rius dicit quadrupl'r. Primo mō ⁊ ꝓprie aliquid dicit prius altero ſcđm tempus: put aliquis dicit ſenior ⁊ antiquior altero ſicut habēs triginta annos dicit ꝑus ho-

mine habēte viginti annos. Scdo modo aliquid dicitur prius a quo nō conuertitur ſubſiſtendi ꝯſequentia. vt vnū eſt prius duobus. Duobus enī exiſtētibus mox cōſequens eſt vnū eſſe. vt ſi duo ſunt vnum eſt ⁊ nō ecōuerſo. Tercio mō dicitur prius ſcdm ordinem quendā. vt in diſciplinis pncipia priora ſunt ꝯcluſionibus ⁊ in grāmatica litere ſunt priores ſyllabis ⁊ in oratione ꝓhemiū eſt prius narratione. Quarto modo prius dicitur qd melius et honorabilius. Conſueuerūt enī plurimi hoies honorabiliores ⁊ magis dilectos apud ſe dicere priores. Preter hos quatuor modos iamdictos eſt vnus alter modus prioritatis. Eorū vo que ꝯuertuntur ſcdm eſſendi ꝯſequentiam. ⁊ alterū eſt quodāmodo caſu alterius: illud qd eſt cauſa alterius eſt prius natura. vt hec res hoiem currere ꝯuertitur cū hac oratione hō currit. ⁊ ſi hoiem currere ſit verū: hec eſt vera hō currit: ⁊ econuerſo Res aūt eſt cauſa orationis vere de ſe facte et non ecōtra. Ab eo enī ꝙ res eſt vel non eſt oratio dicitur vera vel falſa. ergo hec res hominem currere prior eſt hac oratione. homo currit.

## Capitulum tercium de modis ſimultatis.

Simul dicitur tribus modis. Primo modo dicūtur ſimul quorū generatio eſt in eodem tēpore: ⁊ neutrū eſt prius neqꝫ poſterius. ⁊ hec dicūtur ſimul tēpore. vt duo gemellinati in eodem tēpore. Similiter ſubiectū et ſua ꝓpria paſſio. Scdo modo dicūtur ſimul quecūqꝫ ꝯuertuntur et neutrū eſt cauſa alterius. ſicut quelibet relatiua. vt duplū ⁊ dimidium. pater ⁊ filius ⁊c. Tercio modo dicūtur ſimul que equaliter cōdiuidūt genus. vt hō equus leo ⁊c. que cōdiuidunt hoc genus aīal. Et ſilr differentie diuidentes aliqd genus dicūtur ſimul. vt rōnale irrationale: ⁊ ſic de alijs. Iſti aūt duo vltimi modi dicūtur ſimul natura. Primus aūt modus dr ſimul tpe.

## Capitulum quartum de ſpeciebus motus.

m Otus ſex ſunt ſpecies.ſ. gñatio: corruptio: augmētatio diminutio: alteratio: et ſcōm locū mutatio. Generatio eſt ꝓgreſſio a non eſſe ad eſſe. Corruptio eſt ꝓgreſſio ab eſſe ad nō eſſe. Augmētatio eſt preexiſtētis quātitatis maioramentū. Diminutio eſt p̄exiſtētis q̄titatis minoramentū. Alteratio eſt mutatio a ↄtraria q̄litate in ↄtrariam q̄litatem vel in mediā. vt cū aliq̄d ꝑmutatꝛ ab albedine in nigredinē vl' in medios colores. Motus ſcōm locū eſt mutatio de vno loco in alterū. Motus aūt ſcōm locū ſex ſunt ſpecies ſiue differētie.ſ. ante retro ſurſum deorſum dextrorſum ⁊ ſiniſtrorſum. Ad oēs autē has partes fit motus.

## Capitulum quintum de modis habere.

h Abere dicitur multis modis. Primo modo dicitꝛ habere aliquā qualitatē. vt diſciplinā vel virtutē. Scđo mō dicitꝛ habere q̄titatē et magnitudinē. vt bicubitū tricubitū. Tertio mō dꝛ habere ea q̄ circa corpus ſūt adiacētia. vt veſtimētū ⁊ tunicā. Aut circa mēbrū vt i manu annulū. Et hitus iſto mō ſumpt⁹ eſt vnū de decē p̄dicamētis ⁊ diffinitꝛ ſic. Hitus eſt corporū ⁊ eorū q̄ circa corp⁹ ſunt adiacētia. vt eſt armatio vel caligatio ⁊ ſilr finganꝛ noia in alijs ſcđꝫ adiacētiam illā. hec em̄ dicunꝛ habere illa vo haberi Quarto mō dꝛ habere membꝝ. vt manū aūt pedē Quīto mō dꝛ habere ſicut ↄtinēs ↄtentū vt lagena vina. ⁊ modius grana tritici. Sexto mō dꝛ habere poſſeſſionē: vt domū aut agrum Septio mō dꝛ habere vxorē. et de hoc mō dr̄ Ariſto. ꝙ iſte mod⁹ eſt alieniſſimus in eo qđ eſt habere. ꝓpter hoc ꝙ vir habēs vxorē etiā habetꝛ ab eo; vinculū em̄ matrimonij indiſſolubiliter ligat vtrūq̄.

# Tractatus Quartus.

Et dicit ꝙ forte et alij modi apparebunt in eo qđ eſt habere. ſed qui conſueuerūt dici pene omnes enumerati ſunt.

## Tractatus quartus duob' libris priorum correſpondens ſeptem continet capitula. Primum eſt de principijs materialibus et regulatiuis ſyllogiſmorum.

P Ropoſitio eſt oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo vel alicuius ab aliquo. Terminus eſt in quē reſoluit̄ ꝓpoſitio. vt in ſubiectū ꝛ predicatū Dici de omī eſt quādo nihil eſt ſumere ſub ſubiecto de quo nō dicat̄ predicatū. vt oīs homo currit. hic curſus predicatur de omī hoīe: ꝛ nihil eſt ſumere ſub homine de quo non dicat̄ curſus. Dici de nullo eſt quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto a quo nō remoueat̄ ꝑdicatū. vt nullus hō currit. hic curſus remouet̄ ab omī hoīe: et nihil eſt ſumere ſub homine a quo non remoueat̄ curſus.

## Capitulū ſecūdum de ſyllogiſmi definitione deqꝫ numero terminoꝝ ꝛ ꝓpoſitionum ſillogiſmorū cōponētium.

S yllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdā poſitis et cōceſſis neceſſe eſt aliud euenire ꝑ ea que poſita ſunt ꝛ cōceſſa vt omē anial eſt ſubſtantia. omnis hō eſt anial. ergo oīs hō eſt ſubſtātia. hoc totū ē oratio in qua quibuſdā poſitis ſcꝫ duab' ꝑmiſſis neceſſe ē aliud accidere ſcꝫ ꝯcluſionē. Omīs eñ ſyllogiſm' conſtat ex tribus terminis ꝛ duabus ꝓpoſitionibus. quarū ꝓpoſitionū p̄ma vocatur maior. ſecunda minor. Ex tribus aūt terminis

non poſſunt fieri ꝑpōnes niſi alter illorum terminoꝝ ſumatur bis: ⁊ tūc ille terminus bis ſumptus aut ſubijcit̄ in vna ⁊ p̄dicat̄ in alia ⁊ ſic eſt p̄ma figura. Aut predicat̄ in vtraqꝫ: ⁊ ſic eſt ſcđa figura Aut ſubijcit̄ in vtraqꝫ: ſic tertia figura. Horum aūt terminoꝝ alter vocatur medium. alter maior extremitas. alter vero minor extremitas: Mediū eſt terminus bis ſumptus ante concluſionē. Maior extremitas eſt terminus ſumptus in maiori ꝑpoſitione cum medio Minor extremitas eſt terminus ſumptus in maiori ꝑpōne cū medio.

## Capl'm tertiū de principijs formalib⁹ ſyllogiſmoꝝ

a Ad ſyllogiſmū autē exigit̄ modus ⁊ figura. Figura ē ordinatio trium terminoꝝ ſcđm ſubiectionem ⁊ p̄dicationem. Hec aūt ordinatio fit tribus modis vt dictum eſt prius. Et ſcđm hoc tres ſunt figure. Prima figura eſt quādo medium ſubijcit̄ in vna ꝑpoſitione ⁊ predicat̄ in alia. vt om̄e animal eſt ſubſtātia. ois homo eſt aial. ergo om̄is homo eſt ſubſtantia. Scđa figura eſt quando mediū predicat̄ in vtraqꝫ. vt om̄is homo eſt aial nullus lapis eſt aial. ergo nullus lapis eſt homo. Tertia figura eſt quādo mediū ſubijcit̄ in vtraqꝫ. vt om̄is homo eſt aial. om̄is hō eſt ſubſtantia. ergo quedā ſuba eſt animal. Unde v̄. Prima prius ſubycit medium: poſt p̄dicat ipſuꝫ. Altera bis dicit: tertia bis ſubycit ip̄m. ¶ Modus eſt ordinatio duaꝝ ꝑpoſitionū in debita qualitate ⁊ quātitate. Debita qualitas eſt ꝙ ſi vna ſit negatiua reliq̄ erit affirmatiua. Debita quātitas eſt ꝙ ſi vna eſt ꝑticularis reliqua erit vniuerſalis. Unde tales dant̄ regule vniuerſales ad quālibet figuram Ex puris ꝑticularibus indefinitis ⁊ ſingularibus nihil ſequit̄. vnde oportet alterā premiſſaꝝ eē vniuerſalem. Item ex puris negatiuis nihil ſequit̄. vn̄ oportet alteram premiſſaꝝ eſſe affirmatiuā Itē

ſi aliqua premiſſaꝝ fuerit ꝑticularis ꝯcluſio erit particularis. et nõ econtra. Item ſi aliq̄ premiſſaꝝ fuerit negatiua ꝯcluſio erit negatiua. Item mediũ nunq̄ debet poni in cõcluſione. Unde. Partibus ex puris ſequit̄ nil ſiue negatis. Si qua preit partis ſequit̄ ꝯcluſio partis. Si qua negata preit concluſio ſitq̄ negata. Lex generalis erit medium concludere neſcit.

## Capitulum quartum de formatione ſyllogiſmoꝝ. prime figure.

P Rima figura nouē habet modos. Primi quatuor modi cõcludunt directe: reliqui vero quinq̄ cõcludunt indirecte. Directe quidē concludere eſt maiorem extremitatē predicari de minori in cõcluſione. Indirecte cõcludere eſt minorē extremitatē predicari de maiore in cõcluſione. Nota duas regulas quaꝝ prima tm̄ conuenit ꝑme figure quo ad quatuor ꝑmos modos et ſecunde quo ad omēs. Scd̄a etiam cõuenit tm̄ prime figure quo ad eius quatuor ꝑmos modos et tertie figure quo ad omēs. Prima regula talis eſt. Minore exiſtēte negatiua nihil ſequit̄. Scd̄a regula eſt. Maiore exiſtente ꝑticulari nihil ſequit̄. Barbara ꝑmus modus conſtat ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis vniuerſalē affirmatiuā directe ꝯcludentibus. vt omē aial eſt ſubſtantia. omnis hõ eſt animal. ergo omīs hõ eſt ſub̄a. Celarent ſcd̄us modus cõſtat ex maiori vniuerſali negatiua et vl̄i affirmatiua minore vniuerſalē negatiuā directe ꝯcludentibus. vt nullũ animal eſt lapis. omīs homo eſt aial. ergo nullus hõ eſt lapis. Darij tertius modus cõſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua et minore particulari affirmatiua particularem affirmatiuā directe cõcludentibus. vt omē aial eſt ſubſtantia. quidam hõ eſt aial. ergo quidā homo eſt ſubſtātia. Ferio quar-

tus modus cõſtat ex maiore vniuerſali negatiua ⁊ minore ꝑticulari affirmatiua particularẽ negatiuã directe ꝯcludentibus. vt nulli animal eſt lapis. quidã hõ eſt anĩal. ergo quidã homo non eſt lapis Baralipton quintus modus cõſtat ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis particularẽ affirmatiuã indirecte ꝯcludẽtibus. vt om̃e animal eſt ſubſtantia. omis hõ eſt animal. ergo quedã ſubſtãtia eſt hõ. Et reducitur ad primũ modũ prime figure ꝑ conuerſionẽ cõcluſionis per accidẽs. Celantes ſextus modus cõſtat ex vniuerſali negatiua maiore ⁊ minore vniuerſali affirmatiua vniuerſalẽ negatiuam indirecte ꝯcludentibus. vt nullũ animal eſt lapis. oĩs homo eſt animal. ergo nullus lapis eſt hõ. Et reducit̃ ad ſcóm modum p̄me figure ꝯcluſione cõuerſa ſimpl'r. Dabitis ſeptimus modus cõſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua ⁊ minore ꝑticulari affirmatiua: particularem affirmatiuã indirecte cõcludentibus. vt om̃e animal eſt ſubſtantia. quidã homo eſt aĩal. ergo quedã ſubſtantia eſt hõ. Et reducitur ad tertiũ modum p̄me figure cõcluſione conuerſa ſimpl'r. Fapeſmo octauus modus conſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua ⁊ minore vniuerſali negatiua particularẽ negatiuã indirecte ꝯcludẽtibus. vt om̃e aĩal eſt ſubſtantia. nullus lapis eſt animal. ergo quedam ſubſtantia non eſt lapis. Et reducit̃ ad quartũ modum p̄me figure. maiore cõuerſa per accidens ⁊ minore ſimpliciter ⁊ ꝑ trãſpoſitionẽ premiſſaꝝ. Friſeſmoꝝ nonus modus conſtat ex maiore particulari affirmatiua ⁊ minore vl'i negatiua particularẽ negatiuã indirecte ꝯcludentibus. vt quoddã animal eſt ſubſtantia. nullus lapis eſt aĩal. ergo quedã ſubſtãtia nõ eſt lapis. Et reducitur iſte modus ad quartũ modum p̄me figure maiore ⁊ minore ꝯuerſis ſimpliciter et per tranſpoſitionẽ premiſſaꝝ. Unde oẽs cõuerſiones ꝑ quas alij modi reducunt̃ ad quatuor p̄mos modos prime figure ſciũtur per

hos verſus. Simpliciter verti vult s.p. vero per acci. M. vult trā-ſponi. c. per impoſſibile duci.

## Capitulum quintum de formatione ſyllogiſmorum ſecunde figure.

Equiť de ſcđa figura: cuius tales danť regule. In ſcđa figura maiore exiſtente particulari nihil ſequiť. Itē in ſcđa figura ex puris affirmatiuis nihil ſequiť. In ſcđa figura ſemꝑ cōcludiť negatiue. Scđa figura quatuor habet modos. Ceſare ꝑmus modus conſtat ex maiore vli negatiua ⁊ minore vniuerſali affirmatiua vniuerſalē negatiuam directe ꝯcludentibus vt nullus lapis eſt anial. oms homo eſt aial. ergo nullus hō eſt lapis. Et reduciť iſte modus ad ſcđm modū ꝑme figure maiore conuerſa ſimplr. Cameſtres ſcđus modus conſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua ⁊ minore vniūerſali negatiua vniuerſalē negatiuaꝫ directe ꝯcludentibus. vt ois homo eſt aial. nullus lapis eſt anial. ergo nullus lapis eſt homo. Et reduciť iſte modus ad ſcđm modum ꝑme figure minore ⁊ ꝯcluſione cōuerſis ſimplr ⁊ per tranſpoſitionē ꝑmiſſarum. Feſtino tertius modus conſtat ex vniuerſali negatiua maiore ⁊ minore particulari affirmatiua particularē negatiuam directe cōcludentibus. vt nullus lapis eſt anial. quidā homo eſt aial. ergo quidā homo nō eſt lapis. Et reduciť iſte modus ad quartū moduꝫ ꝑme figure maiore cōuerſa ſimpliciť. Baroco quartus modus conſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua et minore ꝑticulari negatiua particularē negatiuā directe ꝯcludētibus. vt ois homo eſt animal. quidā lapis non eſt aial. ergo quidā lapis non eſt hō. Et reduciť ad primū modum prime figure per impoſſibile. Reducere aūt per impoſſibile eſt ex oppoſito ꝯcluſionis cum altera ꝑmiſſaꝝ inferre oppo-

ſitum alterius ꝑmiſſe. Sumatur enī oppoſitū concluſionis ſcꝫ omīs lapis eſt homo. cum maiore huius quarti ſcilicet cū iſta. omnis homo eſt anīal. ſic argueēdo. omnis homo eſt animal. omnis lapis eſt homo. ergo omnis lapis eſt animal.

## Capitulum ſextum de formatione ſyllogiſmorum tertie figure.

s

Equit de tertia figura cuius tales dant regule. In tertia figura minore exiſtente negatiua nihil ſequit. In tertia figura concluſio debet eſſe ꝑticularis. Tertia figura ſex habet modos. Darapti ꝑmus modus conſtat ex vniuerſali affirmatiua maiori ⁊ vniuerſali affirmatiua minore: particularem affirmatiuā ꝯcludentibus directe vt omīs hō eſt ſubſtātia. oīs homo eſt aīal. ergo quoddā aīal eſt ſubſtantia. Et reducit ad tertiū modum ꝑme figure minore ꝯuerſa ꝑ accidens. Felapton ſcd̄us modus conſtat ex vniuerſali negatiua maiore: ⁊ vniuerſali affirmatiua minore: particularē negatiuā directe ꝯcludentibꝰ. vt nullus hō eſt lapis omīs homo eſt aīal. ergo quoddā anīal non eſt lapis Et reducit ad quartū modum ꝑme figure minore cōuerſa per accidens. Diſamis tertius modus cōſtat ex particulari affirmatiua maiore ⁊ vniuerſali affirmatiua minore particularē affirmatiuā directe ꝯcludētibus vt quidā hō eſt ſubſtantia. om̄is homo eſt aīal. ergo quoddā anīal. eſt ſubſtantia. Et reducit ad tertiū modum ꝑme figure maiore ⁊ cōcluſione conuerſis ſimpliciter et ꝑ trāſpoſitionē premiſſaꝝ. Datiſi quartus modus conſtat ex vniuerſali affirmatiua maiori et ꝑticulari affirmatiua minori particularē affirmatiuā directe cōcludentibꝰ vt oīs homo eſt ſubſtātia. quidā homo eſt anīal. ergo quoddā anīal eſt ſubſtantia. Et reducit iſte modus ad tertiū modum ꝑme figure

Borardo

minore ꝯuerſa ſimplr. Bocardo quītus modus ꝯſtat ex maiore vl'i negatia ꝛ minore vl'i affirmatia ꝑticularē negatiuā directe ꝯcludētib⁹. vt quidā hō nō eſt lapis. ois hō eſt aial. ergo q̄ddā aial nō ē lapis. Et reducit ad p̄mū modū p̄me figure ꝑ īpoſſibile Sumat eīm oppoſitū ꝯtradictoriū cōcluſionis cū altera p̄miſſarū inferat oppoſitū alterius p̄miſſe. vt oīe aial eſt lapis. oīs hō eſt anial. ergo oīs hō aſt lapis. hec ꝯcluſio facta per impoſſibile in primo modo prime figure contradicit maiori cōuertenti. ſ. tertie figure. Feriſon

Feriſon

ſextus modus cōſtat ex maiori vniuerſali negatiua ꝛ minore ꝑticulari affirmatiua ꝑticularē negatiuā directe ꝯcludētibus. vt nullus hō eſt lapis. quidā hō eſt aial. ergo quoddā aial nō eſt lapis. Et reducit ad quartū modum p̄me figure minore ꝯuerſa ſimpliciter.

## Capitulum ſeptimum de quibuſdam corollarijs ad precedentia neceſſarijs.

S yllogiſmoꝝ cōcludentiū ꝑticularē negatiuā tales dantus regule. Nullus ſyllogiſmus ꝯcludens particularē negatiuā indirecte poteſt eam ꝯcludere directe. Et concludens directe nō poteſt cōcludere indirecte. Item p̄ma figura cōcludit oīa genera ꝓpoſitionū ſcilicet vniuerſalē particularē affirmatiuam et negatiuā. Scd'a figura cōcludit particularē negatiuaꝫ ꝛ vniuerſalē negatiuā. Tercia concludit particularē affirmatiuā et negatiuā. Unde ꝟ. Barbara celarēt darij ferio baralipton. Celantes dabitis fapeſmo friſeſmoꝝ Ceſare cameſtres feſtino baroco darapti. Felapton diſamis datiſi bocardo feriſon In his q̄tuor ꝟſib⁹ p̄dictis ſūt nouēdecem dictiōes nouemdecē modis deſeruiētes ita ꝙ per primā dictionē intelligit p̄mus modus p̄me figure: et ꝑ ſcd'aꝫ

ſcd̃us modus ⁊c̃. Uñ p̃mi duo v̾ſus deſeruiũt oĩbus mõis p̃me figu
re. Tertius v̾o v̾ſus p̃ter vltimã eius dictionẽ deſuit modis ſcd̃e fi
gure: ita ꝙ p̃ma dictio deſuit p̃mo modo et ſcd̃a ſcd̃o mõ ⁊c̃. Ultia
vero dictio tercij v̾ſus cũ alijs dictiõibus quarti v̾ſus deſeruit mo-
dis tercie figure. Sciendũ ꝙ per has vocales ſcȝ a e i o. intelligũn-
tur q̃tuor genera ꝓpõnum: ita ꝙ ꝑ hãc vocalẽ a intelligit̃ vl'is affir-
matiua. ⁊ per e vl'is negatiua. et per i particularis affirmatiua. et ꝑ
o particularis negatiua. Et in qualibet dictione ſunt tres ſyllabe:
⁊ aliud reſiduũ eſt ſupfluũ niſi m: vt poſtea patebit. Et ꝑ primã illa
rum ſyllabaꝝ intelligit̃ maior ꝓpoſitio: et ꝑ ſcd̃am minor: ⁊ ꝑ tertiã
cõcluſio. Uerbi gratia. Pr̄ia dictio ſcȝ barbara habet tres ſyllabas
⁊ in qualibȝ haꝝ ponit̃ a. Et per hoc ſignificat̃ ꝙ p̃mus modus pri
me figure cõſtat ex duabus ꝓpõnibus vl'ibus affirmatiuis vl'em af-
firmatiuã ꝯcludẽtibus. Et ita intelligit̃ de alijs dictiõibus ſm̄ vo
cales ibi poſitas. Et ſciendũ ꝙ quatuor dictiones p̃mi v̾ſus incipi-
unt ab his cõſonãtibus b c d et f. ⁊ oẽs alie dictiones ſequẽtes. ⁊ per
hoc intelligendũ eſt. ꝙ oẽs que incipiũt per dictionẽ inchoatam a
b debent reduci ad primũ modum p̃me figure. Et oẽs que incipi
unt per dictionẽ inchoatam a c ad ſecũdũ. Et per d ad tertium. Et
per f ad quartũ. Item vbicũq; ponitur ſ in illa dictione ſignificat̃
ꝙ ꝓpoſitio intellecta per vocalem immediate p̄cedentẽ debet ꝯuer
ti ſimpliciter. Et ꝓpoſitio intellecta per vocalem immediate prece
dentem iſtam literã p debet conuerti per accidens. Et vbicunq; po
nitur m debet fieri tranſpoſitio in premiſſis. Eſt eñ tranſpoſitio in
p̄miſſis facere de maiore minorẽ ⁊ econuerſo: ⁊ vbicunq; ponit̃ c ſi-
gnificat̃ ꝙ modus intellectus per iſtam dictionẽ in qua ponitur de
bet reduci per impoſſibile. Unde verſus. Simpliciter verti vult s
p vero ꝑ acci: M vult tranſponi: c ꝑ impoſſibile duci. Seruat ma-

ſore variatq̨ ſcđa minorē. Tertia maiorē variat ſeruatq̨ minorē.

## De terminoꝝ in quibus omni ꝛ nulli inuentione.

S Ed quia Ariſtoteles in ꝑoribus oſtendit coniugatiões in quibus nõ ſequitꝛ ꝯcluſio ex premiſſis eſſe inutiles per inuentionē terminoꝝ in quibus nõ tenet hmõi cõiugatio. ideo vtilis eſt inuentio talium terminoꝝ. Ubicunq̨ fiat inutilis coniugatio cõtra regulas ſyllogiſmoꝝ prius aſſignatas accipiēdi ſunt duo termini ſcilicet due ſpecies cũ ſuo genere: vt hõ aſinus aial. vel duo termini quoꝝ alter de altero predicetꝛ ſiue cõuertibilitꝛ ſiue nõ cum extraneo vtriuſq̨. vt homo riſibile lapis. vel hõ animal lapis. vel accipiendi ſunt duo termini quoꝝ alter de altero predicetur ſiue ꝯuertibiliter ſiue non cũ ſuperiore ad vtrumq̨ vt hõ riſibile ſubſtãtia. vel hõ animal ſubã. Per hanc eñ regulam diſiunctiuã cuicũq̨ generi applicetur ſiue ſubſtantie quãtitati ſiue alicui alioꝝ ſemꝑ inueniuntꝛ termini ꝑ quos inutilis cõiugatio demonſtrabitur non tenere. ꝛ tales terminos appellat. Ariſto. in ꝑoribus terminos in quibus non eſt acceptis tribus terminis facere cõiugationem in qua premiſſe ſunt vere et ꝯcluſio falſa manente eadē q̃litate ꝛ quantitate ꝓpoſitionũ. Uerbi gratia. hic eſt inutilis cõiugatio: nullus aſinus eſt hõ. nullũ rationale eſt aſinus. ergo nullũ rationale eſt hõ. Et iſti ſũt termini in quibus omi. Contra hanc inutilē coniugationem accipiuntꝛ termini in q̃bus nulli: per ſcđm membꝛũ regule. homo riſibile aſinus. ꝛ arguitꝛ ſic. nullus aſinus eſt hõ. nullũ riſibile eſt aſinus. ergo nullũ riſibile eſt homo. Ecce ꝑmiſſe ſunt vere: ꝯcluſio eſt falſa ſeruata eadē qualitate ꝛ quãtitate ꝓpoſitionũ in vtraq̨ cõiugatione ꝛ vtrobiq̨ manente eadem figura.

# Summularū Petri Hyſpani.

## De Syllogiſmorum poteſtatibus.

Unc reſtat dicere de poteſtatibus ſyllugiſmoꝝ: quas
n Ariſto. in ſcdo priorū aſſignat ſex q̄ cōiter ſolēt hic noīa
ri. Pria eſt ſyllogiſmus ꝯcludēs plura. Scda ē ſyllogiſ-
mꝰ ex falſis ꝯcludēs veꝝ. Tertia eſt ſyllogiſmꝰ circularis Quarta
ſyllogiſmꝰ cōuerſiuus. Quīta eſt ſyllogiſmꝰ ad impoſſibile Sexta
ex oppoſitis Hic aūt de iſtis poteſtatibꝰ intēdimus ptrāſire breuit
ſyllogiſmꝰ ꝛ ſolū declarabimꝰ eaꝝ deſcriptiones ꝑ earū vtilitates.
Poteſtas q̄ vocata eſt ſyllogiſmus ꝯcludens plura: eſt poſſe eundē
ſyllogiſmus ex falſis cōcludens verū eſt poſſe cōcludere. verum ex
ꝑmiſſis falſis vel vna earū exiſtente falſa. Et eius vtilitas eſt vt nō
credamus neceſſariū fore ꝙ ſi cōcluſio ſit vera premiſſe ſint vere vł
aliqua earum ſiue vt ſciamus nō neceſſariū eſſe ꝙ ſi concluſio ſit fal
ſa ꝙ ꝑmiſſe ſint falſe vel aliqua earum. Poteſtas aūt vocata ſyllogi
ſmus circularis eſt ſyllogiſmus factus ex cōcluſione prioris ſyllo-
giſmi cum cōuertēte vnius ꝑmiſſarum inferre alterā premiſſam. Et
eius vtilitas eſt ſcire an ſyllogiſmus primus ſit neceſſarius ſi de eo
dubitet. Poteſtas vocata ſyllogiſmus ad impoſſibile eſt ex oppoſi-
to cōcluſionis ꝓbande cū aliqua altera ꝓpōne non manifeſte vera
ꝯcludere cōcluſionē manifeſte falſam vel manifeſte impoſſibilē. Et
eius vtiltias eſt ſcire ꝙ oppoſitū ꝯcluſionis probande eſt falſuꝫ ꝛ im
poſſibile. ꝛ per cōſequens ſcire ꝙ cōcluſio ꝓbanda eſt vera vł neceſ-
ſaria. Poteſtas autē vocata ſyllogiſſmus ex oppoſitis eſt poſſe ex ꝑ
miſſis oppoſitis inferre idem de ipo negatiue. Et eius vtilitas ē ſci-
re ꝙ ex duobus terminis ſine tertio diſſimili bene ꝯtingit ſyllogiſa
re. Et hec de poteſtatibus ſyllogiſmorum.

# Tractatus Quintus Petri hyſpani. libris Topicorum correſpōdens. ſeptem continet capitula. Primum eſt de quibuſdam preambulis ad cognitionē argumentationis neceſſarijs.

r Atio dicit᷑ multis modis. Primo mō idem eſt ꝙ definitio vel deſcriptio. vt hic. Uniuoca dicunt᷑ quorū nomē eſt cōe ꝛ ratio ſubſtātie ſcōꝫ illud nomē ē eadē Scōo modo eſt quedā virtus aie. Tertio modo idē eſt ꝙ oratio oſtendēs aliquid ſicut ꝓpoſitiones vel rationes diſputantiū. Alio modo idem eſt ꝙ forma materie. vt in cultello ferrum eſt materia. diſpoſitio vero inducta in ferrū eſt forma. Alio mō idē eſt ꝙ eſſentia cōmunis predicabilis de pluribus vt eſſentia generis ſpeciei vel differentie. Alio modo idem eſt ꝙ medium inferens cōcluſionē. ꝛ hoc modo ſumit᷑ ratio in definitione argumēti que talis eſt. Argumentū eſt ratio rei dubie faciens fidem: id eſt mediū probans concluſionē. Concluſio eñ debet cōfirmari per agumentum. Eſt aūt cōcluſio argumēto vel argumētis probata ꝓpoſitio. ꝑ anteꝗ̄ probet᷑. tūc eſt dubitabilis ꝛ eſt queſtio. Queſtio ſic definit᷑ eſt dubitabilis ꝓpoſitio. Medium autē eſt qđ habet duo extrema.

## Capitulum ſecundum de argumentationis definitione atqꝫ quatuor eius ſpecies diuiſione.

a Rgumentatio eſt argumenti ꝑ orationē. Explicatio id eſt oratio explicās argumentū. Differt aūt argumētū a medio ꝛ argumentatiōe. quia mediū dicitur eo ꝙ habet duo extrema. Argumentū aūt addit ſup medium virtutē probādi

concluſionē. Argumētatio dicit̄ totalis oratio cōpoſita ex p̄miſſis ꝛ ꝯcluſione ꝛ in illa manifeſtat̄ virtus argumēti. Aliqn̄ tota oratio poteſt inferre vniuerſalē affirmatiuā. Aliqn̄ nō niſi particularē affirmatiuā. Aliqn̄ vniuerſalē negatiuā. Aliquā particularē negatiuam. ꝛ ſic manifeſtat̄ tota virtus argumenti cū oſtendit̄ ſupra quā ꝯcluſionē pōteſt ipm argumētū ꝛ ſupra quā nō quod quidē fit argumentatiōe. vt ſupra patuit. Argumētatōis q̄tuor ſunt ſpecies. ſ. ſyllogiſmus: inductio: enthimema: ꝛ exemplum. Diffinitio aūt ſyllologiſmi dicta eſt prius. Inductio eſt a ſingularibus ſufficienter enumeratis ad vniuerſale progreſſio. vt ſortes currit. plato currit ꝛ ſic de ſingulis. ergo om̄is hō currit. Enthimema ē ſyllogiſmus impfectus id eſt oratio in qua nō oībus p̄miſſis poſitis infert̄ feſtinata cōcluſio. vt om̄e anial currit: ergo ois hō currit. in hac em̄ ꝓpoſitione includitur hec ꝓpoſitio. om̄is homo eſt animal. que ſi poneret̄ perfectus eſſet ſyllogiſmus. Ariſtoteles. ſic diffinit. Enthimema eſt ex ycotibus et ſignis. ycos idē eſt ꝙ ꝓpoſitio probabilis. Signum vt ſumit̄ idem eſt ꝙ demōſtratiua ſeu neceſſaria ꝓpoſitio vel ꝓbalibilis ꝛ hoc inferēdo. Signū vt hic ſumitur dicit neceſſitatē illatiōis ycos aūt dicit ꝓbabilitatem ipſius ꝓpoſitionis in ſe ſcd̄m quē ꝓbabilitatē ꝓpoſitio dicit̄ vera. Unde licet in enthimemate eſt tantuȝ vna ꝓpoſitio inferens ꝛ alia illata: tamē ſcd̄m inferēs ꝓpoſitio apparet oībus eſſe vera vel pluribus ſic dicit̄ ycos. qꝛ ſic iam eſſet probabilis. vt quilibet diligit diligētem ſe. ſcd̄m autē ꝙ ipſa infert concluſionē de neceſſitate: ꝛ ſic eſt ſignū. et ſic eadem ꝓpoſitio eſt ycos ꝛ ſignū ſcd̄m aliud et aliud. Si quis obijciat ꝙ enthimema debeat ſic diffiniri. Enthimema eſt ex ycote et ſigno cū tn̄ ſit vna ꝓpō inferens que eſt ycos ꝛ ſignum ſcd̄m diuerſa. Ad hoc ſic dicendū eſt ꝙ licet ſit vna ꝓpō inferēs actu tamē habet in ſe ꝟtutē duaꝝ ꝓponum

quia habet in ſe virtutem ꝓpriam ⁊ illius que ſubintelligitur. ⁊ ſic eſt vna ſcḋm ſubſtantiã ⁊ due ſcḋm virtutẽ. ⁊ ideo dicitur in plurali numero ex ycotibus ⁊ ſignis. Sciendũ ꝙ oĩe enthimema debet reduci ad ſyllogiſmũ. In enthimemate eñ ſunt tres termini ſicut in ſyllogiſmo. ⁊ duo illoꝝ ſunt in cõcluſione. ⁊ ſunt maior extremitas et minor extremitas. Alius aũt nõ ponitꝰ in ꝯcluſione: ⁊ eſt mediũ. Illarum aũt extremitatũ altera ſumitꝰ bis. ⁊ altera ſemel. Ex extremitate ergo ſemel ſumpta ⁊ ex medio fiat vna ꝓpoſitio ſcḋm exigentiam modi ⁊ figure. ⁊ ſic habetꝰ ſyllogiſmus. Verbi gratia in hoc enthimemate. oĩe anial currit. ergo ois homo currit. hõ ⁊ currit ſunt due extremitates. ⁊ aial eſt medium. ſed illa extremitas ſcꝫ hõ ſumpta eſt tantum ſemel. ex ipa ergo ⁊ medio fiet vna ꝓpõ. ſcꝫ oĩs hõ eſt animal. et tũc ꝑfectus erit ſyllogiſmus ſic. oĩe aial currit. oĩs homo eſt aial. ergo oĩs hõ currit. Exemplũ eſt quando vnũ particulare ꝓbatur per aliud propter aliquod ſimile repertum in ipſis. vt Leodienſes pugnare cõtra Tongerenſes malum eſt. ergo Mechelinienſes pugnare contra Louanienſes malum eſt. quia vtrobiqꝫ eſt pugnare affines contra affines.

## Capitulum Tertium: de loci dyalectici definitione: diuiſione: atqꝫ membroꝝ diuidẽtium ſub diuiſiõe.

Argumentũ autẽ per locum cõfirmatur. ideo danda eſt a definitio loci prout locus hic ſumitꝰ. Locus eſt ſedes argumenti: vel id a quo ad ꝓpoſitã queſtionẽ conueniens trahitur argumentũ. Quid autẽ ſit queſtio dictũ eſt. Et ſciendũ ꝙ ꝓpõ: queſtio: cõcluſio ſcḋa ſubſtantiã idem ſunt. differũt aũt ſecundũ rationes. diuerſas eñ habent rationes ſiue definitiones vt ꝑus patuit. ſcḋm eñ ꝙ dubitabilis eſt. eſt queſtio; ꝑut iam vero ꝓbata

eſt per argumentũ: eſt ꝯcluſio. prout ponit᷑ pro alio in pmiſſis eſt ꝓ
poſitio dicit᷑ ſcd̄m ꝙ eſt in premiſſis ad ꝓbandum cõcluſionē. Enũ
ciatio aũt eſt ſcd̄m ꝙ ſignificat eſſe vel non eſſe. vt ſortes currit: ſor
tes non currit. Habito de definitione loci: ſequit᷑ diuiſio ipſius loci.
Locus aũt diuiditur in locũ maximã ⁊ in locũ differentie maxime.
Locus maxima idē eſt ꝙ maxima. Maxima eſt ꝓpoſitio qua nõ eſt
altera prior neq̃ notior. vt om̄e totũ eſt maius ſua parte. Item de
quocũq̃ predicat᷑ ſpecies de eodē predicat᷑ genus. Locus differē
tie maxime eſt illud quo vna maxima differt ab alia. vt iſte maxime
De quocũq̃ predicat᷑ ſpecies: de eodem pͥdicat᷑ genus. ⁊ de quocũ
q̃ predicat᷑ definitio: ⁊ definitũ. Differunt p terminos ex qͥbus cõ
ponunt᷑. Una eñ componit᷑ ex genere ⁊ ſpecie. Altera ex definitiõe
⁊ definito. Unde iſti termini ſimplices dicunt᷑ differentie maxime.
Et ſciendũ ꝙ tam locus maxĩa q̃ locus differentie maxime dicit᷑ lo
cus. quia vtrũq̃ confert firmitatē ⁊ robur. argumēto. Unde ꝓpor
tionabiliter ſumit᷑ hic locus ad locũ in rebus naturalibus. qꝛ ſicut
ille ſeruat res ineſſe ſic ſimiliter hic locus cõfirmat argumentũ. Itē
locus differētie maxime diuidit᷑ per locũ intrinſecũ ⁊ medium. Lo
cus intrinſecus eſt qñ ſumit᷑ argumentũ ab his que ſunt de ſubſtan
tia rei in definitione. vt ſi dicat᷑ anĩal rationale mortale currit. ergo
homo currit. Locus extrinſecus eſt qñ ſumit᷑ argumētũ ab his que
omnino ſepata ſunt a ſubſtãtia rei vt ab oppoſitis. vt ſi querat᷑ vtrũ
ſortes eſt albus. ⁊ ꝓbatur ſortes non eſt niger. ergo ſortes eſt albus
Locus medius eſt qñ ſumit᷑ argumentũ ab his que partim cõueni
unt cũ terminis in queſtione poſitis ⁊ partim differunt ab eis. ſicut
vniuoca et denõiatiua: que dicunt᷑ ꝯiugata. vt ſi querat᷑ vtrum iu
ſtitia ſit bona. et ꝓbatur ſic. iuſtum eſt bonũ. ergo iuſtitia eſt bona.
Item locus intrinſecus diuidit᷑ per locum a ſubſtãtia. et per locum

a concomitātibus ſubſtantiam.

## Capitulum Quartum: de locis intrinſecis a ſubſtantia. Cuius tres ſunt particule. Prima eſt de loco a definitione.

Locus a ſubſtātia eſt quādo ſumitur argumentū ab his que ſunt de ſubſtantia terminorū in queſtione poſitorꝝ. Et ille locus diuidit̃ ꝑ locū a definitione: a deſcriptiōe et a nominis interp̃tatione. Definitio eſt oratio indicās quid eſt eē re per eſſentialia. Locus a definitione eſt habitudo definitiōis ad definitū: ꝛ cōtinet quatuor argumēta ꝛ quatuor maximas. Primo ſubijciendo definitionē affirmatiue. vt anīal rationale currit. ergo homo currit. Locus a definitione maxima. Quicqd predicat̃ de definitiōe ꝛ de definito. Scdo predicando definitionē affirmatiue vt ſortes eſt aīal rōnale mortale. ergo ſortes eſt hō. Locus a definitione maxima. De quocunq₃ predicat̃ definitio: ꝛ definitū. Tertio ſubijciendo definitionē negatiue. vt aīal rationale mortale nō currit. ergo hō non currit. Locus a definitione. Maxima. Quicqd remouet̃ de definitiōe etiam remouet̃ de definito. Quarto ꝑdicādo definitionem negatiue. vt lapis nō eſt animal rōnale mortale. ergo lapis nō eſt homo. Locus a definitiōe Maxima. A quocūq₃ remouetur definitio: et definitū. Econuerſo locus a definito continet tot argumēta ꝛ tot maximas ſicut locus a definitione. Primo ſubijciēdo definitum affirmatiue. vt hō currit. ergo anīal rationale mortale currit. Locus a definito Maxima. Quicqd predicat̃ de definito ꝛ de definitione. Scdo ꝑdicando definitū affirmatiue. vt ſortes eſt homo. ergo ſortes eſt animal rationale mortale. Locus a definito. Maxima de quocunq₃ predicat̃ definitū: ꝛ definitio. Tertio ſubijciēdo definitū negatiue. vt homo nō currit. ergo animal rationale

moꝛtale non currit. Locus a definito Maxima. Quicqd remouet᷑ de definito: ⁊ etiã de definitione. Quarto p̄dicando definitũ negatiue. vt lapis nõ eſt homo. ergo lapis nõ eſt aĩal rationale moꝛtale. Locus a definito. Maxima. A quocũq; remouet᷑ definitũ: ⁊ etiaꝫ definitio. Et ſciendũ ꝙ locus ſemꝑ debet denoĩari a termino inferẽte ⁊ nõ ab illato. vt quando definitio eſt inferens eſt locus a definitione: quãdo vero definitum eſt inferens eſt locus a definito.

## Particula ſecunda: de loco a deſcriptione.

D Eſcriptio eſt oꝛatio ſignificans eſſe rei per accidentalia. vt aĩal riſibile eſt deſcriptio hoĩs. Uel ſic. Deſcriptio eſt oꝛatio cõſtans ex genere ⁊ ꝓpꝛio. vt aĩal riſibile. Locus a deſcriptiõe eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptũ. ⁊ ꝯtinet quatuoꝛ argumẽta ⁊ q̃tuoꝛ maximas ſicut locus a definitione ⁊ foꝛmant᷑ hic eodem modo argumenta ⁊ maxime ſicut ibi: niſi ꝙ ibi ponitur definitio ⁊ definitũ: hic vero deſcriptio ⁊ deſcriptum.

## Particula tertia: de loco ab interpꝛetatione.

I Nterpꝛetatio eſt duplex. Quedam em̃ eſt que non ꝯuertitur cũ interpꝛetato ſuo. vt ledens pedẽ: eſt interpꝛetio huius nominis lapis. Alia eſt que cõuertitur cum interpꝛetato ſuo. vt amatoꝛ ſapientie eſt interpꝛetio huius noĩs phũs. ⁊ hoc modo ſumit᷑ hic: et definit᷑ ſic. Interꝑtatio eſt expoſitio vnius noĩs minus noti per aliud nomẽ magis notũ: vel per integram oꝛationẽ. Locus a noĩs interpꝛetatione eſt habitudo interpꝛetatiõis ad interpꝛetatum ⁊ continet argumenta ⁊ tot maximas ſicut locus a definitiõe. Pꝛio ſubijciẽdo interꝑtationẽ affirmatiue. vt amatoꝛ ſapiẽtie currit. ergo philoſophꝰ currit. Locus a noĩs interꝑtatiõe.

Maxima. Quicqd predicat̃ de interp̃tatione et de interp̃tato. vel ſic a parte p̃dicati: vt ſortes eſt amator ſapiētie. ergo eſt ph̃us. Locus a nõis interp̃tatiõe. Maxima. De quocunq; predicat̃ interpretatio ꝛ interpretatũ. Negatiue ſic a parte ſubiecti: vt amator ſapientie concurrit. ergo ph̃us non currit. Locus a nominis interpretatione. Maxima. Quicquid remouet̃ ab interpretatiõe ꝛ etiã ab interpretato. A parte predicati ſic. ſortes non eſt amator ſapientie ergo non ē ph̃us. Locus ab interp̃tatione. Maxima. A quocunq; remouet̃ interpretatio et etiam interpretatũ. Et eodem modo intelligitur de interpretato ſicut de definito.

## Capitulum quintum: de locis extrinſecis. a concomitātibus ſubſtantiã. Cuius ſex ſũt particule. Prima de loco a toto ꝛ p̃te: q̃ multiplex eſt ſm̃ totius ꝛ partis diuiſionē.

s Equitur de locis a cõcomitantibus ſubſtantiã. que ſunt quãdo ſumit̃ argumētũ ab his que ꝯſequũtur terminos in queſtione poſitos Et diuidit̃ quia alius eſt locus a toto alius a parte alius a cauſa; alius ab efectu; alius ab generatiõe; alius a corruptione. alius ab vſibus. alius a cõmuniter accidentibus Locus a toto diuidit̃ ſicut ip̃m totum. Eſt eñ quoddã totum vniuerſale. aliud integrale. aliud totũ in quãtitate. aliud totum in modo. aliud totũ in loco. aliud totũ in tēpore. Et ſcd̃m hoc multiplex eſt locus a toto. quia aliꝰ eſt locus a toto vniuerſale. alius a toto integrali ꝛc̃. Et ſil̃r diuidit̃ locus a p̃te. Totum vniuerſale. vt hic ſumit̃ eſt quodlibet ſupius et ſubſtãtiale ſumptũ ad ſuũ inferius in linea p̃dicamētali: vt aial ad hoiem. ꝛ homo ad ſortem. Pars ſubiectiua dicit̃ quodibet inferius ſub toto vniuerſali vl̃iter ſumpto Locus a toto vniuerſali ſiue a genere eſt habitudo ip̃ius totius vniuer

ſalis ad ſuam partē ſubiectiuam. ſiue ad ſuam ſpeciē. ⁊ eſt ſemꝑ de-
ſtructiuus predicando totū. vt lapis nō eſt animal. ergo lapis non
eſt homo. Maxima. A quocūq̧ remouetur genus ſiue totū vniuer
ſale: ab eodem remouet̄ ſpecies ſiue pars ſubiectiua. Locus a ſpe-
cie ſiue a parte ſubiectiua eſt habitudo ip̄ius ad genꝰ ſiue ad ſuū to
tum vl'e. ⁊ eſt ſemꝑ ꝯſtructiuus: ⁊ tenet duo argumēta ⁊ duas maxi
mas. Primo ſubijciēdo ſpēm affirmatiue. vt hō currit. ergo animal
currit. Locus a ſpecie ſiue a parte ſubiectiua. Maxima. Quicq̄d p̄
dicat̄ de ſpecie ſiue parte ſubiectiua hoc etiā predicat̄ de genere ſi-
ue de toto vniuerſali. Scd̄o p̄dicando ſpeciē affirmatiue. vt ſortes
eſt hō. ergo ſortes eſt aial. Maxima. De quocūq̧ p̄dicatur ſpes ſi-
ue pars ſubiectiua: de eodē predicat̄ genus ſiue totum vniuerſale.
Totū integrale eſt q̄d eſt cōpoſitū ex ptibus habētibus quantitatē
⁊ pars eius dicit̄ pars integralis. Pars integralis eſt q̄ cū alijs pti-
bus cōſtituit totū. Locus a toto integrali eſt habitudo totiꝰ inte-
gralis ad ſuā partē. ⁊ eſt cōſtructiuus ſemꝑ. vt domus eſt: ergo pa-
ries eſt. Locꝰ a toto integrali. Maxima. Poſito toto integrali po-
nit̄ ⁊ quelibet eius pars. Locus a parte integrali eſt habitudo ip̄iꝰ
ad ſuū totū. et eſt ſemꝑ deſtructiuus. vt paries nō eſt. ergo domus
nō eſt. Locus a parte integrali. Maxima Deſtructa parte integra
li deſtruit̄ ⁊ ſuū totū. Totū in quātitate eſt vniuerſale ſumptū vni-
uerſaliter. vt oīs hō ⁊ nullus hō. Pars in quātitate eſt q̄libet infe
rius ꝯtentū ſb̄ illo toto vniuerſali vl'iter ſumpto. Locꝰ a toto i quā-
titate eſt habitudo ip̄ius ad ſuam partē. ⁊ eſt cōſtructiuus ⁊ deſtru
ctiuus. Cōſtructiue ſic. om̄is hō currit. ergo ſortes currit. Locus a
toto in quantitate. Maxima. Quicq̄d predicat̄ de toto in quanti
tate: etiā de qualibet eius parte. Vel ſic. ſi vniuerſalis eſt vera que
libet eius pticularis erit vera. Deſtructiue ſic. nullus homo currit.

ergo ſortes nō currit. Maxima. Quicq̄d remouet̄ de toto in quantitate et a qualibet eius parte. Uel ſic. Si vniuerſalis eſt falſa quelibet eius ꝑticularis erit falſa. Locus a partibus in quātitate ē habitudo oim partiū in quantitate ſimul ſumptaꝝ ad ſuū totum: ⁊ tenet cōſtructiue ⁊ deſtructiue. Cōſtructiue ſic vt ſortes currit. plato currit. ⁊ ſic de alijs. ergo om̄is homo currit. Locus a ꝑtibus in quātitate. Maxima. Quicquid ꝑdicatur de ꝑtibus in quātitate ſimul ſumptis ⁊ de ſuo toto. Deſtructiue ſic. ſortes non currit. plato non currit ⁊c. ergo nullus homo currit. Maxima. Quicquid remouet̄ a partibꝰ in quantitate ſimul ſumptis: ⁊ ab eius toto. Uel ſic. quelibet ſingularis non eſt vera ſua vniuerſalis non erit vera. Totū in modo eſt vniuerſale ſumptū ſine determinatione. vt homo. Pars in mō eſt vniuerſale ſumptū cum determinatiōe nō diminuente. vt homo albus. Et eodē modo ſumit̄ argumētum in hoc loco ſicut in loco a genere ad ſpeciē. Totum in loco eſt dictio cōprehendēs omnem locū aduerbialiter. vt vbiq̄ nuſq̄. Pars in loco eſt dictio comprehēdens aliquem locū aduerbialiter. vt hic ibi. Locus a toto in loco eſt habitudo ipſius ad ſuam partē. ⁊ tenet cōſtructiue ⁊ deſtructiue. Conſtructiue ſic. deus eſt vbiq̄. ergo deus eſt hic. Maxima. Cuicunq̄ competit totū in loco: ⁊ quelibet eius pars. Deſtructiue ſic. Ceſar eſt nuſq̄. ergo non eſt hic. Maxima. Quicq̄d remouet̄ a toto in loco: et a qualibet eius parte. Locus a parte in loco eſt habitudo ipſius ad ſuū totum. et eſt ſemꝑ deſtructiuus. vt ceſar nō eſt hic. ergo non eſt vbiq̄. Locus a parte in loco. Maxima. Cuicunq̄ non competit pars in loco: nec eius totum. Totum in tempore eſt dictio cōprehendens om̄e tempus aduerbialiter. vt ſemper nuſq̄ ſed pars in tempore definitur per oppoſitum. Exempla aūt ſumantur hic ſicut a toto in loco.

## Particula ſcđa: a loco a cauſa ad effectũ ⁊ econtra.

c Auſa eſt ad cuiꝰ eſſe ſequit̃ aliud ẜm naturã. Et diuidit̃ in cauſam materialẽ: formalẽ: efficientẽ ⁊ finalem. Cauſa efficiẽs eſt a qua primo fit motus ad hoc ꝙ fiat aliqđ vt domificator eſt primũ mouens et operãs vt fiat domus: ⁊ faber vt fiat cultellus. Locus a cauſa efficiente eſt habitudo ipſius cauſe efficientis ad ſuũ effectũ. ⁊ eſt cõſtructiuus ⁊ deſtructiuus. Cõſtructiue tenet ſic. domificator eſt bonꝰ: ergo domus eſt bona. Locꝰ a cauſa efficiente. Maxĩa. Si cauſa efficiẽs eſt bona ipm̃ qđ fit bonũ eſt. Deſtructiue ſic. domificator nõ eſt bonus. ergo domus nõ ẽ bona. Locus a cauſa efficiẽte. Maxĩa. Cuius cauſa efficiẽs nõ eſt bona ipm̃ quod fit nõ eſt bonũ. ⁊ ecõuerſo tenet locꝰ ab effectu ad cauſam efficientẽ. Materia em̃ eſt ex q̃ cũ alio aliud fit. Et eſt duplex. Quedã em̃ eſt ꝑmanens: ⁊ quedam eſt trãſiens. Permanens: vt in cultello ferrũ. Tranſiẽs. vt in pane farina ⁊ aqua. Et definit̃ etiam ſic materia. Materia eſt que tantum eſt in potẽtia. Locus a cauſa materiali eſt habitudo ipſius ad ſuũ effectũ ⁊ eſt conſtructiuus ⁊ deſtructiuus. Cõſtructiue ſic. ferrũ eſt. ergo arma ferrea poſſunt eſſe. Maxima. Poſita cauſa materiali poſſibile eſt eiꝰ effectũ poni. Deſtructiue ſic. ferrũ nõ eſt. ergo arma ferrea nõ poſſunt eſſe. Locus a cauſa materiali. Maxima. Remota cauſa materiali ꝑmanente remouet̃ ⁊ eius effectꝰ. Locus ab effectu cauſe materialis ꝑmanẽtis. Maxĩa. Poſito effectu cauſe materialis ꝑmanẽtis ponit̃ ⁊ eiꝰ cauſa. Locꝰ ab effectu cauſe material' trãſeũtis tenet cõſtructiue. vt vitrũ vel panis eſt. ergo ſilix vel farina fuit. materia em̃ tranſiens nõ manet. ẜ trãſfertur in aliã materiã. Locus ab effectu cauſe material' trãſeuntis. Maxima. Poſito effectu materie tranſeũtis neceſſe eſt

ipſam materiã p̄fuiſſe. Forma eſt que dat eſſe rei. ⁊ conſeruat eã in eſſe. Locus a cauſa formali eſt habitudo ipſius cauſe formali ad ſuum effectũ. ⁊ tenet cõſtructiue ⁊ deſtructiue. Conſtructiue ſic. albedo eſt. ergo albũ eſt. Locus a cauſa formali. Maxima. Poſita cauſa formali ponit̃ ⁊ eius effectus. Deſtructiue ſic albedo nõ eſt. ergo albũ nõ eſt. Maxima. Remota cauſa formali remouetur ⁊ eius effectus. Ecõtra vero eſt de effectu cauſe formalis. Finis eſt gratia cuius aliq̃d fit. Loc⁹ a cauſa finali ẽ habitudo ipſius ad ſuũ effectũ et eſt ꝯſtructiu⁹ et deſtructiuus. Cõſtructiue ſic. btitudo eſt bona. ergo xtus eſt bona. Loc⁹ a cauſa finali. Maxima. Cui⁹ finis bonus eſt ipm̃ ꝗ bonũ eſt. Deſtructiue ſic. pena nõ eſt bona. ergo peccatũ nõ eſt bonũ. Locus a cauſa finali. Maxima. Cuius cauſa mala eſt ipm̃ quoqꝫ malũ eſt. Ecõuerſo aũt eſt de loco ab effectu cauſe final'.

## Particula tertia: de loco a gñatione ad generatũ.

g Eneratio eſt ꝓgreſſio a nõ eſſe ad eſſe. Locus a generatione eſt habitudo ipſius generatiõis ad ſuũ generatũ ⁊ eſt cõſtructiuus ⁊ deſtructiuus. Conſtructiue ſic arguit̃ generatio domus eſt bona. ergo domus eſt bona. Locus a generatione Maxima. Cui⁹ generatio bona eſt ipm̃ ꝗ bonũ eſt. Deſtructiue ſic. Generatio latronũ eſt mala, ergo latro eſt malus Locus a generatione maxima. Cuius generatio mala eſt: ipm̃ quoqꝫ generatũ malũ eſt. Ecõuerſo autẽ eſt de loco a generato.

## Particula q̃rta: de loco a corruptiõe ad corruptũ.

c Orruptio eſt progreſſio ab eſſe ad nõ eſſe. Locus a corruptione eſt habitudo corruptiõis ad corruptum. et eſt cõſtructiuus et deſtructiuus. Conſtructiue arguitur ſic.

Corruptio antichriſti eſt bona ergo antichriſtus eſt malus. Locus a corruptione. Maxima. Cuius corruptio bona eſt ipm quoq̧ corruptum malũ eſt. Deſtructiue ſic. corruptio dom⁹ eſt mala: ergo domus eſt bona. Maxima. Cuius corruptio mala eſt ipſum quoq̧ bonum eſt. Ecõuerſo eſt de loco a corrupto.

## Particula Quinta de loco ab vſibus.

V Sus vt hic ſumit̃: eſt operatio rei ſiue exercitiũ ipſius. vt equitare equi. ⁊ ſecare ſecuris. Locus ab vſibus ē habitudo ipſius operatiõis ad id cui⁹ eſt opatio ſiue vſus ⁊ eſt ꝯſtructiuus ⁊ deſtructiuus Cõſtructiue arguit̃ ſic. equitare eſt bonum. ergo equus eſt bonus. Locus ab vſibus. Maxima. Cuius vſus bonus eſt ipm quoq̧ bonũ eſt. Deſtructiue ſic. occidere hoiem malũ eſt. ℊ occiſor ē malus. Locus ab vſib⁹. Maxima. Cui⁹ vſus malus eſt: ipm quoq̧ vſitatũ malũ eſt. Ecõtra de loco ab vſitate.

## Particula Sexta de loco a cõmuniter accidẽtib⁹.

C Omuniter accidẽtia ſunt duplicia. Queda em̃ ſunt que aliquando ſe cõſequũtur et aliquãdo nõ. vt comptus et adulter. ⁊ ab his non ſumit̃ locus dyalecticus ſed ſophiſticus. Alia ſunt quoꝝ vnũ ſemꝑ ſequit̃ ad aliud: vt penitere ſequitur ad deliquiſſe. ⁊ ab his ſumit̃ locus dyalectic⁹. Et tenet conſtructiue ⁊ deſtructiue. Cõſtructiue ſic. iſte penitet. ergo deliquit. Locus a cõiter accidẽtibus. Maxima. Si poſteri⁹ ineſt ⁊ ṗmũ infuit. Deſtructiue ſic. iſte non deliquit: ergo non penitet. Locus cõmuniter accidẽtibus. Maxima. Si cõmuniter accidẽtium ꝑus nõ ineſt et poſterius non inerit.

# Tractatus Quintus.

## Capitulum Sextum: de locis extrinſecis. Cuius ſex ſunt particule. Prima eſt de loco ab oppoſitis.

Equitur de loco extrinſeco. Quid autē ſit locus extrinſecus dictum eſt prius. Locoꝝ autē extrinſecorū. alius eſt ab oppoſitis. alius a maiori. alius a minori. alius a ſimili. alius a ꝓportiōe. alius a trāſumptiōe. alius ab auctoritate. Itē oppoſitoꝝ quatuor ſunt ſpecies. ſcilicet Relatio. Cōtrarietas. Priuatio. ⁊ Cōtradictio. Relatiue oppoſita ſunt quoꝝ alterū ſine altero non poteſt eſſe. Locus a relatiuis eſt habitudo vnius relatiuorū ad aliud ⁊ eſt cōſtructiuus ⁊ deſtructiuus. Cōſtructiue ſic. pater eſt ergo filius eſt. ⁊ filius ē. ergo pater eſt. Locus a relatiuis. Maxīa Poſito vno relatiuorū neceſſario ponit̄ ⁊ reliquū. Deſtructiue ſic: pater non eſt. ergo filius nō eſt ⁊ ecōuerſo. Maxima. Remoto vno relatiuoꝝ remouetur et reliquū. Locus vero a relatiue oppoſito tenet ſolū deſtructiue ſic. ſortes eſt pater platonis. ergo nō filius eiꝰ. Cōtrarietas eſt contrariorū oppoſitio. vt albi ⁊ nigri. Contrariorū quedam ſunt mediata. vt albū nigrū inter que ſunt medij colores. Quedā vero immediata. vt ſanū egrū circa aīal. Locus a contrarijs. vt habitudo vnius contrarioꝝ ad reliquū. ⁊ tenet ꝯſtructiue ⁊ deſtructiue. Cōſtructiue ſic. hoc anīal eſt ſanū. ergo non eſt egrum. Locus a contrarijs. Maxima. Poſito vno contrariorum et remouet̄ ⁊ reliquum. Deſtructiue tenet tantū in contrarijs immediatis cum cōſtantia ſubiecti. vt hoc anīal non eſt ſanū. ergo nō eſt egrum Locus a cōtrarijs immediatis. Maxima. Remoto vno cōtrarioꝝ īmediate oppoſitoꝝ ponitur reliquū ſubiecto manēte. Que aūt ſūt ꝑuatiue oppoſita dictū eſt prius. Locus a ꝑuatiue oppoſitis. eſt habitudo ꝑuationis ad habitū. vel habitus ad ꝑuationē ⁊ tenet cōſtru-

ctiue. vt iſte eſt videns. ergo nō cecus. vel eſt cecus. ergo non eſt vi-
dēs. Locus a ꝑuatiue oppoſitis. Maxima. Poſito vno ꝑuatiue op
poſitoꝝ circa aliqđ ſubiectū ad eodē remouetur reliquū Deſtructiōe
nō tenet niſi cū ꝯſtantia ſubiecti et cū tpe determiato a natura. Ca-
tulus eñ nō dicitur vidēs neqꝫ cecus ante nonū diē. Et puer nō dicitur
edētulus ante tēpus determinatū a natura. Cōtradictio eſt oppoſi
tio cuius ſcd̄m ſe nō eſt dare mediū. Locꝰ a ꝯtradictorie oppoſitis ē
habitudo vniꝰ cōtradictorie oppoſitoꝝ ad reliquū. vt ſortē ſedere ē
verum. ergo ſortē nō ſedere eſt falſum. Locus a cōtradictorie oppo
ſitis. Maxima. Si vnum cōtradictoriū eſt verū reliquū erit falſuꝫ
Sunt aūt alia oppoſita que dicūtur diſperata que nō ſunt oppoſita
ſm aliquod genus ꝑdicte oppoſitiōis ſed ſunt diuerſa. vt hō ⁊ aſinꝰ.
Et a talibus ſumitur hic argumētū. Sortes eſt hō. ergo nō eſt aſinꝰ.
Maxima. De quocūqꝫ dr̄ vnū diſperatoꝝ abſtractiue ab illo eodē
remouetur et reliquū. Dicitur notanter abſtractiue. qꝛ ſi cōcretiue ſume-
rentur: tūc nō ſequeretur: quia non ſequitur hoc eſt album. ergo non eſt
quantū. ſed bene ſequitur hoc eſt albedo. ergo nō eſt quantitas.

## Particula Secunda: de locis a maiori ⁊ minori.

Maius vt hic ſumitur eſt quod ſupraponitur alicui in vir-
tute ⁊ potētia. Minus eſt quod ei ſupponitur. Locus a
maiori eſt habitudo ipſius maioris ad minus. ⁊ eſt ſem
per deſtructiuus. vt Rex non poteſt expugnare caſtrum. ergo nec
miles. Locus a maiori. Maxima. Si id quod magis videtur ineſſe
nō ineſt: nec id quod minus videtur ineſſe inerit. Locus a minori eſt
habitudo minoris ad maius. ⁊ eſt ſemꝑ cōſtructiuus. vt miles po-
teſt expugnare caſtrū. ergo ⁊ rex. Locus a minori. Maxima. Si id
quod minus videtur ineſſe ineſt: ⁊ id qđ magis videtur ineſſe inerit.

# Tractatus Quintus.

## Particula Tertia de loco a ſimili.

s Imilitudo eſt rerũ differentiũ eadem qualitas. Locus a ſimili eſt habitudo vnius ſimiliũ ad reliquũ. ⁊ tenet cõſtructiue ⁊ deſtructiue. Cõſtructiue ſic. ſicut riſibile ineſt homini. ita hinnibile ineſt equo: ſ riſibile ineſt hõi vt ꝓprium. ergo hinnibile ineſt equo vt ꝓpriũ. Locus a ſimili. Maxima. De ſimilibus idem eſt iudiciũ. Deſtructiue ſic. ſicut riſibile ineſt homini: ita hinnibile ineſt equo ſed riſibile non ineſt hõi vt genus. ergo nec hinnibile ineſt equo vt genus. Maxima. De ſimilibus idẽ eſt iudiciũ.

## Particula Quarta de loco a proportione.

p Ropoſitio eſt rerũ differentiũ eadẽ habitudo. Locus a ꝓportione eſt habitudo vnius ꝓportionabiliũ ad reliquũ: vt ſicut ſe habet rector nauis ad nauem: ita ſe habꝫ rector ſcolariũ ad ſcolas. ſed naui regende eligendus eſt rector nõ ſorte ſed arte. ergo in ſcolis regendis eligendus eſt rector nõ ſorte ſed arte. Maxima. De ꝓportionalibus idẽ eſt iudiciũ. Differt autem iſte locus a loco a ſil'i. qꝛ a loco a ſil'i ſumit͛ cõparatio ſcd̃m ſimilitudinẽ inherentie. vt ſicut riſibile ineſt homini. ita hinnibile ineſt equo. In loco aũt a ꝓportione nõ attendit͛ ſimilitudo inherentie: ſed cõparatio habitudinis. vt ſicut ſe habet rector nauis ad naueꝫ ita ſe habet recto ſcolariũ ad ſcolas.

## Particula Quinta de loco a tranſſumptiõe.

t Ranſumptio eſt duplex. quedã enim eſt quãdo dictio vel oratio vnũ ſignificans trãſſumit͛ ad ſignificandũ aliud

ꝑpter ſimilitudinē aliquã in eis repertã. vt hec dictio ridere tranſ-ſumit ad ſignificandũ florere. cum dicit pratum ridet. Siĺr oratio trãſſumit cum dicit littus arat: id eſt opus perdit. ſicut ſolet dici cũ quis inuanũ laborat. et hec tranſſumptio pertinet ad ſophiſtã. Alia eſt quando nomen magis notũ ſumit pro noie minus noto. vt ſi debeat ꝓbari ꝙ ph̃us non inuidet. ⁊ fiat tranſſumptio ad hoc nomen ſapiens. et iſta tranſſumptio ꝑtinet ad dyalecticum. Locus a trãſſumptiõe eſt habitudo tranſſumptiõis ad tranſſumptu. vt ſapiens non inuidet. ergo ph̃us non inuidet. Maxima. Quicqd alicui cõuenit ſub noie magis noto. eidem cõuenit ſub noie minus noto. differt autē iſte locus a loco a nois interꝑtatione. q2 in loco a nois interꝑtatione accipit definitio ſiue expoſitio nois. vt ſi exponatur hoc nomē ph̃us ꝑ hoc qđ eſt amator ſapiētie. In loco aũt a trãſſumptione nõ accipitur expoſitio ſiue deſcriptio nominis. ſed pro vno nomine minus noto accipit aliud nomen magis notum. per quod faciliter poteſt probari propoſitum.

## Particula Sexta de loco ab auctoriate.

a Uctoritas vt hic ſumit. Eſt iudiciũ ſapientis in ſua ſciẽtia. Unde iſte locus ſolet denoiari a rei iudicio. Loc9 ab auctoritate eſt habitudo auctoritatis ad illud quod per eam ꝓbatur et tenet cõſtructiue ſolũ. vt aſtronomus dicit celũ eſſe volubile. ergo celum eſt volubile. Locus ab auctoritate. Maxima. Unicuiqȝ experto in ſua ſcientia credendum eſt.

## Capitulum ſeptimum ⁊ vltimum de locis medijs

Cuius due ſunt particule. Prima premiſſa differẽtia inter cõiugata ⁊ caſus. locus eorundem ponit.

# Tractatus Quintus.

Equitur de locis medijs. Quid autē ſit locus medius di-
s ctum eſt Locoꝝ mediorum alius a cõiugatis. alius a ca
ſibus. ⁊ alius a diuiſione. Cõiugata ⁊ caſus differunt. qꝛ
vniuocū ſiue pncipale ſiue abſtractū. quod idem eſt. dicit coniuga-
tum a ſuo denoīatiuo. vt iuſtitia ⁊ iuſtū. albedo ⁊ album. Caſus au
tem dicunt ea que cadūt a pncipali. vt iuſtum et iuſte a iuſtitia. Et
differentiā hanc aſſignat. Ariſtoteles in ſcđa Topicorum. Locus
a cõiugatis eſt habitudo vnius coniugatorū ad reliquū. vt iuſtitia
eſt bona. ergo iuſtū eſt bonū. Locus a cõiugatis. Maxima. Quic
qd cõuenit vni cõiugatoꝝ cõuenit ⁊ reliquo. Et ſi vnū cõiugatorū
ineſt. ineſt et reliquū. Locus a caſibus eſt habitudo vnius caſus ad
reliquū. vt iuſtū eſt bonum. ergo qđ iuſte fit bene fit. Locus a caſi-
bus. Maxima. Quod vni caſui cõuenit. cõuenit ⁊ reliquo. Et ecõ-
uerſo ſumitur argumentum a caſibus ⁊ a coniugatis.

## Particula ſecunda de loco a diuiſione.

Iuiſionū. alia fit per negationē. vt ſortes eſt hō. aut nō
d homo. Alia aūt fit nō per negationē. ⁊ hec fit ſex modis
tribus per ſe. ⁊ tribus per accidēs. Prima diuiſio per ſe
eſt generis in ſpecies. vt animaliū aliud homo aliud brutū. Scđa
eſt totius integralis in ſuas partes. vt domus alia pars eſt paries.
alia tectum. alia fundamentū. Tertia vero eſt vocis ſignificata. vt
canis. alius latrabilis. alius piſcis marinus. alius ſydus celeſte Di
uiſionū vero per accidens. Prima eſt ſubiecti in accidentia. vt ani-
maliū aliud ſanum. aliud egruꝫ. Secunda diuiſio eſt accidentis in
ſubiecta. vt ſanorum aliud brutū. aliud homo. Tertia eſt accidētis
in accidentia. vt ſanorum. aliud calidū. aliud frigidum. Locus a
diuiſione eſt habitudo vniꝰ ꝯdiuidentiū ad reliquū. vt ſi ſortes eſt

animal. aut eſt aial ratiotionale aut irrationale. ſed non eſt irratio nale. ergo eſt rationale. Locus a diuiſione. Maxia. Poſito vno mẽbrorũ diuidentiũ in aliquo ſubiecto. remouet̃ reliquũ. Et ſimiliter in qualibet alia diuiſione. Et hec de locis dicta ſufficiant.

# Tractatus Sextus Petri Hyſpani duobus libris Elenchoꝝ correſpondẽs. quinqꝫ ꝯtinet capl'a Primũ ſyllogiſmi. Diſputatiõis atqꝫ metharũ eſt diuiſiuũ.

S yllogiſmoꝝ. alius demõſtratiuus. alius dyalectic⁹ alius ſophiſticus ſiue litigoſus. Syllogiſmus demõſtratiuus. eſt qui ex ꝑmis veris ⁊ immediatis eſt ſyllogiſatus. aut ex talibus que ꝑ aliqua ꝑma ⁊ vera principiũ ſue cognitionis ſumpſerũt. Dyalecticus eſt qui ex ꝓbabilibus eſt ſyllogiſatus. Sophiſticus. vt diffinitur ab Ariſtotele in elẽchis. eſt q̃ apparet eſſe ſyllogiſmus ⁊ nõ eſt. aut qui eſt ſyllogiſm⁹ ſed nõ eſt cõueniens rei. Diſputatio eſt actus ſyllogiſticus vni⁹ ad alterũ ad aliqḋ ꝓpoſitum oſtẽdendũ. Diſputatiõis q̃tuor ſunt ſpecies ſcꝫ Doctrinal'. dyalectica. tẽptatiua. ⁊ ſophiſtica. Diſputatio doctrinalis eſt q̃ ſyllogiſat ex ꝓprijs ꝑncipijs vniuſcuiuſqꝫ diſcipline. et nõ ex his q̃ videntur reſpõdenti. Et huius diſputationis inſtrumentũ eſt ſyllogiſmus demõſtratiuus. Diſputatio dyalectica eſt q̃ ex ꝓbabilibus ſyllogiſat. et ẽ collectiua cõtradictionũ. Et ei⁹ inſtrumentũ eſt ſyllogiſmus dyalecticus. Temptatiua vero diſputatio eſt que ſyllogiſat ex his que videntur reſpondenti. et neceſſe eſt eum ſcire qui ſe ſimulat habere ſcientiã huius autẽ diſputatiõis inſtrumentũ eſt ſyllogiſmus tẽptatiuus. Syllogiſmus tẽptatiuus eſt q̃ ꝓcedit ex his que vident̃ reſpondenti. Diſputatio ſophiſtica eſt que ꝓcedit ex his que videntur ꝓbabilia et nõ ſunt. Huius autẽ

# Tractatus Sextus.

diſputationis inſtrumentū eſt ſyllogiſmus ſophiſticus. Syllogiſmus ſophiſticus ordinatur ad quinqꝫ methas. que ſunt redargutio. falſum. inopinabile. ſoleociſmus. ⁊ nugatio. Redargutio eſt ꝑnegati cōceſſio vel ꝑconceſſi negatio in eadē diſputatione vi argumētationis facta. Unde niſi vi argumentatiōis hoc quis faciat. nō ꝓpter hoc erit redargutus. Similiter nec in diuerſis diſputatōibus. Falſum. vt hic ſumitur. ē manifeſte falſum. Nā ſi ſophiſta ducat reſpondentē ad falſum occultū. non ꝓpter hoc aſſequitur ſuū finem. Inopinabile eſt qđ eſt contra opinionē oīm vel plurium vel maxime ſapientū. vt matrem nō diligere filiū. Soleociſmus eſt viciū in contextu partiū orationis cōtra regulas artis grāmatice factū. vt vir mea Nugatio eſt vnius et eiuſdem dictiōis ex eadē parte inutilis repetitio. vt hō hō currit. Dico aūt ex eadem parte. quia ſi in diuerſis partibus idem repetatur non eſſet nugatio. vt hō eſt hō. Dico autem inutilis repetitio. quia ſi idem repetatur ad maiorem expreſſionē laudis affectiōis vel vituperij. nō eſſet nugatio. vt deus deus meus. latro latro q̄ vadis. Iſti aūt quinqꝫ fines ordinantur vlterius ad vnū finem ꝑncipalem. que eſt apparens ſapientie ⁊ non exiſtens. Sophiſta autē non ducit ad iſtos fines ſuū reſpondētem niſi per eos deueniat ad vltimū finem ꝑncipalem. qui eſt apparens ſapientia. Et cū quilibet debet premeditari ſuū finem. ideo determinatio finiū debet precedere determinationē fallaciarum.

## Capitulum Secundū: definitionem et diuiſionem fallacie manifeſtans.

f Allacia eſt idoneitas decipiēdi faciens credere de ente qꝫ ſit non ens. et de nōente qꝫ ſit ens mediante fantaſtica viſiōe. Fallacie ſūt tredecim. quarum ſex ſunt in dictione.

ꝛ ſeptẽ extra dictionẽ. Indictiõe ſunt. equocatio. amphibologia. cõpoſitio. diuiſio. accẽtus. et figura dictiõis. Et ſeptẽ extra dictionẽ ſcꝫ accidẽs ſm q̄d ad ſimpliciter. ignorãtia: elenchi. petitio p̄ncipij. cõſequens nõ cauſa vt cauſa. ſm plures interrogatiões. vt vnã Quod aũt ſunt ſex in dictione. probat Ariſto. inductiõe ꝛ ſyllogiſmo. Inductiue ſic. equocatio fit aliquo iſtoꝝ ſex modorũ. amphibologia fit aliquo iſtoꝝ ſex modorum ꝛc. ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo iſtorum ſex modoꝝ. Syllogiſmo ſic. ois deceptio facta ex eo ꝙ eiſdẽ dictionibus vel orationibꝰ nõ idem ſignificamꝰ fit aliquo iſtoꝝ ſex modorum. ſ; omĩs fallacia in dictione fit ex eo ꝙ eiſdem dictionibꝰ vel orationibus nõ idem ſignificamꝰ. ergo omĩs fallacia in dictione fit aliquo iſtoꝝ ſex modoꝝ. Iſte ſyllogiſmus eſt in p̄mo modo p̄me figure. Probatio maioris. Omĩs multiplicitas dictionis fit aliquo iſtorum ſex modoꝝ. ſed omĩs deceptio facta ex eo ꝙ eiſdem dictionibus vel orationibus nõ idẽ ſignificamus fit ex multiplicitate dictiõis vel oratiõis. ergo ois deceptio facta ex eo ꝙ eiſdẽ dictionibꝰ vel orationibus non idẽ ſignificamus fit aliquo iſtoꝝ ſex modorum. Et hec fuit maior. Probatio minoris. Omnis multiplicitas dictionis fit ex eo ꝙ eiſdẽ dictiõibus vl' orationibus nõ idem ſignificamus. ſ; omĩs fallacia in dictione fit ex multiplicitate dictionis vl' orationis. ergo omĩs fallacia in dictiõe fit ex eo ꝙ eiſdem dictiõibus vel orationibꝰ non idẽ ſignificamus. et hec fuit minor. Et iſti duo ſyllogiſmi ſunt in p̄mo modo p̄me figure. Sciendum aũt. vt vult Alexander in cõmento ſupra librũ Elenchorum. Quod triplex eſt multiplex. aliud cm̃ eſt multiplex actuale. aliud potẽtiale. ꝛ aliud fantaſticum. Multiplex actuale eſt qñ dictio vel oratio eadem ſm ſubſtantiã ꝛ ſcðm modum ꝓferendi diuerſa ſignificat; dictio vt in equocatione. vt canis, oratio vt amphibologia;

# Tractatus Sextus

vt liber Ariſto. Multiplex potentiale eſt qñ dictio vel oratio eadē ſm ſubſtantiā: diuerſa tñ ſcdm modū proferendi diuerſa ſignificat. Dictio vt in accētu. vt pplus cuius pma ſyllaba poteſt eſſe breuis vel lōga. ⁊ ſm hoc diuerſa ſignificat. Oratio vt in cōpoſitiōe vl' diuiſione. vt quicqd viuit ſemp eſt. Aliū em̄ habet modū pferendi prout eſt diuiſa. et prout eſt cōpoſita. vt poſtea patebit. De multiplici fantaſti co videbit in fallacia figure dictiōis. Et qꝛ multiplex actuale veriori mō eſt multiplex ꝙ potētiale. ⁊ potētiale ꝙ fantaſticū. ideo pus dicendum eſt de fallacijs faciētibus multiplex actuale ꝙ de alijs ⁊ poſtea de potētiali ⁊ vltimo de fantaſtico. Vñ pus dicendum ē de equocatione ⁊ amphibologia. ꝙ de fallacijs in dictione. qꝛ in equocatione ⁊ amphibologia eſt multiplex actuale. et p conſequēs eadē dictio vel oratio ſm ſubſtantiā ⁊ ſm modū pferendi. In alijs aūt nō. In his em̄ plus eſt de idoneitate ꝙ in alijs. Itē adhuc pus eſt dicendū de equocatione ꝙ de amphibologia. qꝛ equocatio fit in dictione. amphibologia vo in oratiōe. Dictio aūt prior ē oratione. Sciendū eſt ꝙ fallacia dupliciṫ ſumiṫ. quando ꝗ em̄ fallacia idem eſt ꝙ cauſa decipiēdi. et quādoꝗ idem eſt ꝙ deceptio facta ex illa cauſa. Et hoc primo modo ſumiṫ hic fallacia.

## Capitulum tertium de fallacijs in dictione.

Cuius ſex ſunt particule ſcdm ꝙ ſex ſunt fallacie in dicione. Prima de fallacia equocationis.

e Quiuocatio eſt multiplicitas dictionis eiuſdem ſcdm ſubſtantiā ⁊ modū proferēdi: vt in hoc nōie canis. Sciendū eſt ꝙ in qualibet fallacia eſt duplex cauſa. ſcꝫ cauſa apparētie ⁊ cauſa defectus. Cauſa apparentie in qualibet fallacia eſt que mouet ad credendū ideſt qd nō eſt credendū. Cauſa defectꝰ

eſt que oſtēdit creditū eſſe falſum. Cauſa apparentie in equiuocatio
ne eſt vnitas dictionis eiuſdē ſcdm ſubſtantiā. ⁊ modum proferendi
diuerſa ſignificantis. Cauſa defectus ſiue falſitas eſt diuerſitas ſi-
gnificatoꝝ. Unitas eñ predicta in equocatione mouet ad creden
dū id qd non ē. ſcꝫ vnitatē ſignificādi. Diuerſitas aūt oñdit credi-
tū eſſe falſum. Equocatiōis tres ſunt mōi. ſꝫ primo videndū ē quid
ſit fallacia equocatiōis. Unde fallacia equocatiōis ē deceptio p-
ueniens ex eo ꝙ aliq dictio manēs vna ſm ſubſtantiā et ſcdm modū
pferendi. diuerſa ſignificat. Primus aūt modus pueniᵗ ex ſignifi-
catione vel cōſignificatiōe dictionis. Ex ſignificatiōe ſic paralogi
ſaᵗ. oīs canis currit. ſydus celeſte ē canis. ḡ ſydus celeſte currit. ſo-
lutio. vtraqꝫ p̄miſſaꝝ ē duplex. qr hoc nomē canis ē multiplex. equi
uoce ſignificās aīal latrabile. ſydus celeſte. ⁊ piſcē marinū. ⁊ ſic ma
ior vno modo eſt vera. ⁊ alio modo falſa. ⁊ ſimiliter minor. Uel ſic
omne expediēs eſt bonum. malū eſt expediens. ergo malū eſt bonū
Solutio. expediēs dicitᵣ equiuoce. Uno mō idem eſt ꝙ bonū. Alio
modo idem eſt qd neceſſariū. quod accidit in minus malū. qd opor
tet fieri ad euitandū maius malū. Unde vtraqꝫ premiſſaꝝ eſt du-
plex. qr vno modo eſt vera. alio modo eſt falſa. Ex cōſignificatione
paralogiſatur ſic. iſte pannus eſt de anglia. anglia ē terra. ergo iſte
pannus eſt de terra. non ſequitur. quia p̄ma eſt duplex. ex eo ꝙ hec
propoſitio. de. poteſt dicere circūſtantiam cauſe materialis. et ſic
eſt falſa. Uel poteſt dicere locum ⁊ originē. ⁊ ſic eſt vera. Uel ſic. in
quocūqꝫ eſt egritudo ipm eſt anial ſed in humorum inadequatione
eſt egritudo. ergo homorum inadequatio eſt animal. Prima eſt du
plex: quia hec propoſitio. in. poteſt dicere cauſam efficientē et ſic
eſt falſa. vel cauſam formalem ſiue ſubiectū in quo eſt. et ſic eſt vera
Similiter dicendum eſt de minori. Uel ſic. proprium eſt qualitati

ſcdm eam ſimile vel diſſimile dici. ſed ſcdm ſimilitudinē dicit aliqs ſilis vel diſſimilis. ergo ſimilitudo vel diſſimilitudo ſunt q̄litates. qđ eſt falſum. immo ſunt relatiões. Prima eſt duplex eo ꝙ hec ꝓpoſitio ſcdm poteſt dicere circūſtantiā cauſe efficientis. et ſic eſt vera. quia due q̄litates eiuſdē ſpeciei faciūt vnam ſimilitudinē. ⁊ ſic eq̄litas eſt cauſa efficiens ſilitudinis. Si aūt dicat circūſtantiam cauſe formalis. ſic eſt falſa. quia q̄litas non ē cauſa formalis ſimilitudinis. Et econuerſo dicendum eſt de minori. Similiter onme ſanum eſt animal. vrina eſt ſana. ergo vrina eſt animal. Utraqꝫ premiſſarum eſt duplex: quia ſanū dicitur de aiali. vt de ſubiecto. ⁊ de vrina. vt de ſigno vel iudicante. de cibo vt de efficiente. de dieta. vt de conſeruante. et alio ⁊ alio modo ſanitas ad hec comparatur. et ſecundum hoc habet diuerſas ſignificationes. Ex cōſignificatiōe ſic paralogiſat quicūqꝫ ſanabat ſanus eſt. laborans ſanabat. ergo laborās ſanus eſt. Minor eſt duplex. ex eo ꝙ hoc participiū laborās poteſt dicere p̄ſens tēpus. ⁊ ſic eſt vera. ⁊ tunc ē ſenſus laborās nūc ſanabat. Si aūt dicat preteritū ſic eſt falſa. et ſic ē ſenſus: laborans tunc ſanabat. Et ecōuerſo dicendū eſt de ꝯcluſione. Laborans em̄ equiuocū ē ad laborantē nunc ⁊ ad laborantē tunc. Eodē modo eſt hic. quicūqꝫ ſurgebat ſtat. ſedens ſurgebat. ergo ſedēs ſtat Et eodē modo reſpōdendū ē ſicut reſpōſum fuit ad aliū paralogiſmū. Alio modo poteſt fieri ecōuerſo qn̄ dictio poteſt teneri materialiter vel cōſignificatiue ſicut hic. deus ē vbiqꝫ: vbiqꝫ ē aduerbium. ergo deꝰ eſt aduerbiū. Dicendū ꝙ p̄ma ē duplex eo ꝙ hec dictio vbiqꝫ poteſt teneri materialiter vel cōſignificatiue. Si materialiter ſic eſt falſa. ſi cōſignificatiue ſic ē vera. ſed non ſequit cōcluſio. Scđus modus equocationis ꝓuenit ex tranſſumptiōe dictionis. Un̄ trāſſumptio vt hic ſumitur: ē acceptio dictionis ſignificātis vnū ex impoſitiōe

ad ſignificandũ aliud ad ſimilitudinē. Et ſcḋm iſtum modũ ſic for-
matur paralogiſmus. Quicq̄d ridet habet os. pratum ridet. ergo
pratũ habet os. Prima eſt duplex: eo q̄ hoc verbũ ridet poteſt tene
ri ꝓprie ex impoſitione vel tranſſump tiue. Si ꝓprie ſic eſt vera. et
non ſequit̄ cõcluſio. Hoc em̄ verbum ridere eſt equiuocũ ad ridere
⁊ ad florere: quia ridere ſignificat ex p̄ma impoſitione riſum ab ore
emittere. florere em̄ ſignificat per quandā tr anſſumptionē. Florere
em̄ et ridere quandā ſilr̄tudinē habent. quia vtrobiq̄ȝ denotat̄ gau-
dium. ⁊ ideo ridere tranſumit̄ ad florere. vt vult Ariſto. ideo ſumē
tes aliquam ſimilitudinē transferunt̄. quicq̄d currit habet pedes.
aqua currit. ergo aqua habet pedes. Utraq̄ȝ premiſſaꝝ eſt duplex.
quia hoc verbũ currit: vel tenetur ꝓprie vel tranſſumptiue. Curre
re em̄ et labi aſſimulant̄ in velocitate motus ſcḋm q̄ currere ſumit̄
ꝓprie: ſic maior eſt vera. ⁊ minor falſa. ſi tranſſumptiue tũc eſt econ
uerſo. Terci⁹ modus ꝓuenit ex eo q̄ aliqua dictio plura ſignificat
compoſita. ſeparata vero vnũ ſoluȝ. vt hec dictio immortale. vno
modo dicit̄ quaſi nõ potens mori. alio modo dicit̄ potens nõ mori
Et ſcḋm hoc format̄ ſic paralogiſmus omne immortale eſt ꝑpetuũ
ſed om̄e potēs nõ mori eſt immortale. ergo om̄e potēs non mori eſt
perpetuũ. Utraq̄ȝ p̄miſſaꝝ eſt duplex. cum hoc nomē immortale ſit
equiuocũ. vt dictum eſt. Itē om̄e incorruptibile eſt perpetũ. ſ om-
ne potēs non corrumpi eſt incorruptibile. ergo om̄e potens nõ cor-
rumpi eſt ꝑpetuũ. Utraq̄ȝ premiſſaꝝ eſt duplex: eo q̄ in corruptibi
le vno modo idē ē q̄ non potens corrũpi et ſic in corruptile eſt per-
petuũ: ⁊ ſic maior eſt vera ⁊ minor falſa. Alio modo idem eſt q̄ꝺ po
tens nõ corrumpi. vt p̄mus homo potuit nõ corrumpi: ⁊ in hoc ſen-
ſu maior eſt falſa ⁊ minor vera. Et ſic ſoluēdi ſunt paralogiſmi equi
uocatiõis ꝑ diſtinctionē paralogiſmorũ ſcḋm equocationē vt p̄us

patuit. Recta ſolutio ē manifeſtatio ſyllogiſmi falſi: et ꝓpter quod eſt falſus. Et hoc cōtingit dupliciter. ſcilicet vel diſtinguendo. vel aliquam premiſſaꝝ interimendo. Scōo modo reſpondendū eſt ad om̄es peccantes in materia ⁊ ad om̄es orationes in vtroq; peccantes reſpondendū eſt vtroq; mō. ſcʒ diſtinguendo ⁊ aliquā premiſſarum interimendo nō ſcdm idem. ſed ſcdm diuerſa.

## Particula ſecunda de fallacia amphibologie.

Amphibologia eſt multiplicitas orationis eiuſdē ſcdm
a ſubſtantiā et ſm modum ꝓferendi diuerſa ſignificātis.

Fallacia aūt amphibologie eſt deceptio proueniens ex identitate oratiōis eiuſdē ſcdm ſubſtantiā ⁊ ſm modū ꝓferendi diuerſa ſignificantis. Cauſa apparētie eſt identitas oratiōis eiuſdem ſm ſubſtantiā ⁊ modū ꝓferēdi. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas ſignificatoꝝ. Et dicitur amphibologia ab amphi qd eſt dubiū ⁊ bole ſententia q̄ſi dubia ſentētia. Amphibologie tres ſunt modi. Primus modus ꝓuenit ex eo ꝙ aliq̄ oratio ṗncipaliter plura ſignificat. vt liber Ariſto. Hec em̄ eſt oratio duplex. Uno mō idē eſt ꝙ liber editꝰ ab Ariſto. Alio mō idem eſt ꝙ liber poſſeſſus ab Ariſto. Et formatur ſic paralogiſmus. quicqd eſt Ariſtotelis. poſſidetur ab Ariſto. iſte liber eſt Ariſto. ergo poſſidetur ab Ariſto. Utraq; ṗmiſſaꝝ eſt duplex. vt dictū eſt. Scōus modus amphiboligie ꝓuenit ex tranſſumptione oratiōis. Tranſſumptio aūt orationis. Eſt quādo oratio ꝓprie ſignificās vnū. trāſſumitur ad ſignificandū aliud ꝓpter aliquā ſimilitudinē repertā in ipis. vt littus aratur. tranſſumitur ad operā perdi. Et formatur ſic paralogiſmus. quicqd aratur aratro ſcinditur. littꝰ aratur quādo indocilis docetur. ergo qn̄ indocilis docetur littus aratro ſcinditur. Minor eſt duplex. qꝛ littus arari ſignificat ꝓprie terrā ſcin

di tranſſumit autem ad operā perdi. Et eſt ſimilitudo in hoc ꝙ qui littus arat operā perdit ⁊ in fruſtra laborat. Tertiꝰ modus amphibologie ꝓuenit ex eo ꝙ aliqua oratio cōpoſita plura ſignificat. ſeparata ꝟo vnū ſolū. vt ſeculū ſcit. Hec eñ oratio eſt duplex. ſignificat enim ꝙ aliquis ſciat ſeculum. vl' ꝙ ſeculū habeat ſentētiam de aliquo. Et ideo iſta oratio eſt duplex. ex eo ꝙ hoc verbuꝫ ſcit poteſt ordinari cum hoc ꝙ qđ eſt ſeculū a parte ante ⁊ ſic eſt vera. et ſic non ſequit̃ concluſio. Vel a parte poſt. et ſic eſt falſa. Similiter hic quicquid aliquid ſcit hoc ſcit. quia hec dictio hic poteſt ſupponi ſcit vel apponi. Similiter hic. quoſcunqꝫ vellem me accipere. vellem ꝙ acciperent me pugnantes. vellem me accipere. ergo vellem qđ pugnantes acciperent me. Maior eſt duplex. quia hec dictio me poteſt ordinari cum iſto verbo accipere a parte ante. et ſic eſt vera et non ſequit̃ concluſio. vel a parte poſt. ſic eſt falſa ⁊ ſequit̃ ꝯcluſio. Sil'iter iſta dictio pugnātes poteſt ſuppon ere vel apponere. Simil'r. quicqđ videt aliquis hoc videt. columnā aliqs videt. erga columna videt Maior eſt duplex. vt dictum eſt in alijs. Sl'r hic quicunqꝫ ſunt epiſcopi ſunt ſacerdotes. aſini ſūt epiſcopi. ergo aſini ſunt ſacerdotes Utraqꝫ premiſſarum eſt duplex. ex eo ꝙ hec dictio epiſcopi poteſt eſſe nti et genitiui caſus. Quod autem deceptio facta ex diuerſitate caſus faciat amphibologiam. patet quia caſus datus eſt dictioni ad hoc vt ordinetur cum alia dictione. Sed ordinatio dictionis cum alia dictione facit fallaciā amphibologie ⁊ nō fallaciam equocationis. Hoc eñ ab Ariſtotole formante paralogiſmos amphibologie ſm diuerſitatē caſus ⁊ non equocationis. Sciendū ꝙ Ariſtoteles ponit tres modos cōmunes equiuocatiōis ⁊ amphibologie. Primus modus eſt qñ dictio vl' oratio plura principaliter ſignificat. dictio vt canis. oratio. liber Ariſto. Secūdus modus ē quādo

ſic ſoliti ſumus dicere ſcdm transſumptionē transſumptio in dictio ne. vt ridere. in oratione. vt littus aratur. Tercius modus eſt quā do compoſitū plura ſignificat. ſeparatū vero vnū ſolum Exemplū in equocatiōe. vt in his dictionibus immortale incorruptibile. Ex emplū in amphibologia. vt in iſta oratione. ſeculū ſcit. In oībus eīn iſtis compoſitū plura ſignificat. ſeparatū vero vnū ſolū. Queritur de diſtinctiōe iſtoꝝ trium modoꝝ cōmuniū quorum pmus quā tum ad equiuocationē: eſt qn̄ vnū nomen principaliter plura ſigni ficat. Scdus prouenit ex transſumptiōe. Tercius eſt quādo vnum nomen cōpoſitum plura ſignificat Simplex vero vnū ſolum. vt im mortale incorruptibile. Sed nūc obijcitur. Deceptio ꝓueniens ex ſignificatione dictiōis non continetᷣ ab aliquo iſtoꝝ trium modoꝝ in equiuocatiōe. Verbi gratia ſicut in hoc ſyllogiſmo. quicunqꝫ ſa nabatᷣ ſanus eſt. laborans ſanabatᷣ. ergo laborās ſanus eſt. non cōti netur ſub tertio modo. qꝛ laborans non eſt dictio cōpoſita. nec ſub ſecūdo. qꝛ hec dictio laborans nō tenetᷣ transſumptiue. nec ſub pri mo. quia pmus modus prouenit ex pncipali ſignificatione. ſed hec dictio laborans nō ſignificat pncipaliter tempus: ſed ex cōſequēti per accidentia. ergo illa deceptio facta ex ſignificatiōe non eſt ſub aliquo iſtoꝝ trium modorū. Solutio. Deceptio facta ex cōſignifi catione dictionis ꝯtinetur ſub pmo modo equocatiōis. Ad hoc qd obijcitur dicendū qꝫ pmus modus ꝓuenit ex pncipali ſignificatiōe appellata hic quicqd ex eadem impoſitiōe importatᷣ per dictionem ſed ex eadem impoſitiōe ſignat quelibet dictio ſignificationē ꝛ ſua accidentia. Ille eīn qui impoſuit hoc nomē lapis ad ſignificādum lapidem ſub tali genere. ſub tali nūero impoſuit. ꝛ ſic eadē impoſi tione impoſuit impoſitor: quia hec dictio laborās importat ſuū ſi gnificatū ꝛ ſignificationē ꝛc. Vel dicendū qꝫ principalis ſignifica

tio ponit̄ in primo modo equocationis et amphibologie ad remo- uendū tranſſumptionē in eis. q2 tranſſumptio ſignificat̄ per dictio- nem nō pncipaliter: vt ridere non pncipaliter ſignat florere. ꝫ trāſ- ſumptiue per qñ ſimilitudinē. Et hec dictio laborās ſignificat pre- ſens tempus ꝛ pteritū imꝑfectum. Item querit̄ quare deceptio fa- cta ex quibuſdā accidentibus facit equocationē et ex quibuſdā am phibologiā. Solutio ꝙ quedā ſunt accidentia que conſequūtur di ctionē non abſolute ſed ꝓut eſt ordinabilis cum alia dictione ſicut caſus nūerus. quia ordinant̄ dictiones ad inuicem ꝑ talia acciden tia. Male eñ diceret̄ hoīes currit. quia ibi non eſt debitus nūerus nec debitus caſus. ꝛ deceptio ex talibus accidentibus eſt deceptio in oratione. ꝛ ſic eſt in amphibologia ꝛ nō in equocatiōe. Sed ſunt alia accidentia abſoluta que cōſequūtur dictionem ꝑ ſe. vt tempus ꝛ genus. ꝛ ꝑ talia accidētia nō ordinant̄ dictiones ad inuiceē. quia ſicut bene dicit̄ hō currit. ita bene dicit̄ homo currebat Unde licet tempus varietur. manet tamē eadem conſtructio. et ideo non con- ſtruūtur mediante tempore ꝛ ſic deceptio ex talibus accidentibus fit in dictione ꝛ ita in equocatione et nō in amphibologia.

## Particula tertia de fallacia cōpoſitionis.

ſ Equit̄ de fallacijs facientibus multiplex potenciale ſcꝫ de cōpoſitiōe: diuiſiōe ꝛ accētu Et pmo de cōpoſitiōe ꝙ̄ de alijs. q2 paralogiſmi fiūt efficatiores ꝫm cōpoſitionē ad finem ſophiſticū q̄ eſt apparens ſapientia ꝛ nō exiſtens. ideo pus dicendū eſt de cōpoſitione ꝙ̄ de alijs. Compoſitio eſt eorū que de- bent diuidi falſa vnio. Diuiſio aūt eſt eorum que debēt cōponi fal- ſa diuiſio. Fallacia cōpoſitionis eſt idoncitas decipiēdi ꝓueniens ex identitate orationis vnius et eiuſdem ꝫm materiā et ſcdm ſitum

magis debitũ partibus in oratione poſitis. Cau ſa apparentie hui⁹ fallacie eſt oratio diuerſa habens identitatẽ in materia cũ oratiõe cõpoſita. Cauſa falſitatis ſiue defectus eſt diuerſitas ſenſus cõpoſiti aut diuiſi. Notãdũ ꝙ quãdo oratio eſt vera in ſenſu diuiſo ⁊ falſa in ſenſu cõpoſito tũc eſt fallacia cõpoſitionis. Dicit̃ tamẽ oratio cõpoſita quando determinatio determinat determinabile illud qđ magis aptum natũ eſt determinari. Silr̃ dicitur oratio compoſita qñ dictiones ordinãtur ſcđm ſitũ magis debitũ. Et dicitur oratio diuiſa: qñ determinans determinat illud determinabile qđ non eſt magis aptum natũ determinari. vl̓ quãdo dictiones ordinant̃ ſm̄ ſitum minus debitũ. Vñ ſumat̃ hec oratio gratia exempli. quicq̃d viuit ſemper eſt. In iſta oratione ſunt duo determinata. ſ. hoc verbum viuit ⁊ hoc verbũ eſt. ⁊ eſt vna determinatio ſcꝫ ſemper. ſi ergo hec determinatio. ſ. ſemꝑ. determinat hoc verbũ eſt qđ ponitur a parte predicati: ſic dicit̃ oratio cõpoſita. quia tũc determinatio determinat determinabile qđ magis aptũ natum eſt determinari. quia illud verbũ eſt: ponit̃ in ſitu determinato. ſ. in predicato. Eſt autẽ determinat hoc verbũ viuit: ſic dicit̃ diuiſa. quia determinat illud determinabile qđ eſt minus aptũ natum determinari. quia illud verbum viuit: non ponit̃ in ſitu determinato ipſius verbi. ⁊ tũc dictiones ordinant̃ ſcđm ſitũ minus debitum. Iſtius fallacie duo ſunt modi. Primus modus ꝓuenit ex eo ꝙ aliquot dictũ poteſt ſupponere pro ſe toto vel ꝓ parte ſui. ⁊ ſm̄ iſtum modũ paralogiſat̃ ſic quemcũqꝫ poſſibile eſt ambulare. poſſibile eſt ꝙ ipſe ambulet. ſedentem poſſibile eſt ambulare. ergo poſſibile eſt ꝙ ſedẽs ambulet.. Ad hoc dicendũ ꝙ minor eſt duplex. quia ſi hoc dictum: ſedentẽ ambulare ſupponit pro ſe toto addito huic ꝑdicato. poſſibile eſt: id eſt ſedens ſedẽdo poteſt ambulare. tunc hec eſt compoſita et falſa. ſicut

## Particula tertia circa hoc ſignum omnis tria ſophiſmata format ⁊ ſoluit.

Ecundū p̄dicta queritur de hoc ſophiſmate. oīs hō eſt et q̄libet differēs ab illo eſt nō hō. Probatio hec eſt vna copulatiua. cuius vtraq; pars eſt vera. ergo ipa eſt vera. Improbatio. oīs hō eſt q̄libet differēs ab eo eſt non hō. ſortes eſt hō. ergo q̄lib; differēs a ſorte eſt nō hō q̄d eſt falſum. q2 hec eſt vna copulatiua cuius altera pars eſt falſa. ergo ipa tota eſt falſa. Solucio ꝑma ſimpl'r eſt vera ⁊ improbatio peccat penes fallaciam ꝯñtis q2 differens ab omī hoīe in minus eſt ꝙ differens a ſorte. q2 differēs ab omī hoīe ſupponit ſolū pro alijs rebus ab homine. Sed differēs a ſorte ſupponit pro eiſdem et etiam pro alijs hoībus a ſorte. Unde bene ſequit differēs ab omī homīe. ergo differēs a ſorte. et eſt locus a parte ſubiectiua ad ſuū totū. ſi vō huic ꝓponi differēs ab hoīe apponat ſignū dicendo. differēs ab omī hoīe erit ꝓceſſus ab inferiori ad ſupius cū diſtributiōe: ⁊ ſic incidit fallacia cōſequētis in improbatiōe ſm̄ vnū tantū ꝓceſſum. Quia duplex eſt ꝓceſſus in improbatione. q2 bene ſequit oīs hō eſt. ergo ſortes eſt. et eſt locus a toto in quātitate. ſed nō ſequit hoc ē differēs ab omī hoīe. ergo differēs a ſorte. ꝫ eſt fallacia ꝯſequētis ſicut hic. oīs hō eſt. ergo omē aial eſt.

# Summularū Petri hyſpani.

Item querit̃ de hoc ſophiſmate. omis hō et alius hō ſunt. Probatio ſortes et alius hō ſunt plato ⁊ alius hō ſunt ⁊c̄ijs. ergo ois hō et alius hō ſunt. Improbatio alius eſt relatiuū diuerſitatis ſubſtātie ergo ſupponit p̄ diuerſo ab homine. ſed non eſt alius ab hoimne. ergo prima eſt falſa. Solutio pma eſt ſimplr falſa ⁊ pbatio peccat ſecundū fallaciā figure dictionis a pluribus determinatis ſuppoſitionibus ad vnā determinatā. quia iſte terminus alius. habet determinatā ſuppoſitionē in pmiſſis ⁊ in ꝯcluſione. Item pbatio peccat ſm fallaciā accidētis. q2 licz ſortes ⁊ plato ⁊c̄ijs. inferāt oēm hoiem ſm ſe. non tñ ſub hac copulatione que eſt omis ⁊ alius homo ſunt vt cū dicit. omis hō et alius hō ſunt. ſicut cognoſco choruſcū ſm ſe non tñ ſub hoc accn̄te qḋ eſt venire. Un̄ talis datur regula. Quociēſcūqꝫ aliqd ſequit̃ ſiue cōuerſim ſiue nō: ſi aliqd cōueniat vni qḋ nō cōuenit alteri. ⁊ p illud cui ꝯuenit inferat̃ de eo cui non cōuenit: ſemp eſt fallacia accn̄tis. Uerbi gratia. hō eſt ergo ſubſtantia eſt. ⁊ ſpēs ꝯuenit homini ⁊ nō ſubſtātie. ideo ſi p hoiem inferat̃ ſpecies de ſubſtantia eſt fallacia accidētis. vt homo eſt ſpecies. ergo ſubſtantia eſt ſpecies. Similiter hic riſibile eſt ꝓpriū. ergo homo eſt ꝓprium. Horū aūt que cōſequūtur. quedā cōſequūtur cōuerſim. vt homo ⁊ riſibile. alia non. vt hō ⁊ ſubā. Dicto de hoc ſophiſmate reſtat dicere de iſto omis hō eſt ois hō. Probatiō. ſortes ē ſortes. plato eſt plato ⁊c̄ijs. ergo ois hō eſt ois homo. Et vt vult Boecius nulla ꝓpoſitio ē verior illa in qua idem predicat̃ de ſeipo. ſed ſic eſt hic. quia omis homo pdicatur de omni hoie. ergo nulla eſt verior ipa ⁊ per cōſequens eſt vera. Improbatio. ſua cōtradictoria eſt vera. ſ. illa. quidā homo nō eſt omis hō. ergo ipa eſt falſa. Itē ad idem. ois homo eſt ois homo. ſed ſortes eſt hō. ergo ſortes eſt ois hō. ſyllogiſmus eſt in darij. ꝯcluſio eſt falſa. ergo aliqua pmiſſarum. non minor. ergo maior. ſed ma-

# Tractatus Septimus.

ſoꝛ eſt ſophiſma. ergo eſt falſum. Solutio ꝑma eſt ſimplr falſa. ⁊ ꝓbatio peccat ſcðm conſequēs ab inſufficienti enumeratiōe ſingulariū ⁊ cū alijs quas aſſumit debet ſumere has a parte ſubiecti. ſoꝛtes eſt oīs homo. plato eſt oīs homo. ⁊ etiam iſtas a parte pdicati omīs homo eſt ſoꝛtes. omīs homo eſt plato ⁊cͤ. quas dimittit. et ſic peccat ſcðm conſequens ab inſufficienti enumeratiōe ſingulariū Ad aliud dicit ꝙ ibi idem non pdicatur de ſeipſo. ſed pdicatur omīs homo de hoīe ſumpto pꝛo qualibet ſui parte.

## Particula quarta de hoc ſigno diſtributiuo nullꝰ circa quod ſophiſma mouet ⁊ ſoluit.

Equitur de hoc ſigno nullus qḋ ſignificat qm̄ vniuerſaliter negatiue. vnde ſignificat idem ſicut hoc ſignū omīs cum negatiōe poſtpoſita. ⁊ ideo omīs nō. ⁊ nullus equipollet. De hoc ſigno nullus talis datur regula. Quocienſcūqꝫ hoc ſignū nullus imediate adiungit termino cōi cōfundit ipm mobiliter ⁊ diſtributiue: ⁊ ſimilr terminū cōem ſibi adiūctum mediate. vt nullus hō eſt aſinus. Unde poteſt fieri deſcēſus ſub ſubiecto. ergo ſoꝛtes non eſt aſinus nec plato ⁊cͤ. ⁊ etiam ſub pdicato. Circa predicta querit de hoc ſophiſmate. nullus hō eſt oīs homo. Pꝛobat ſic. ſoꝛtes nō eſt oīs homo. plato non eſt omīs hō ⁊cͤ. ergo nullus hō eſt omīs homo. Pꝛima eſt vera. vel ſic ſua ↄtradictoꝛia eſt falſa. ſcꝫ iſta. quidā homo eſt oīs hō. ergo eſt vera. Contra ibi pdicatur oppoſitum de oppoſito. ergo eſt falſa. Solutio. ꝑma eſt vera ⁊ ad impꝛobationem reſpondet per interemptionem. quia ibi non pdicat oppoſitum de oppoſito. ſed remouetur omnis homo ab homīe ſumpto ꝓ quolibet ſuo oppoſito. ⁊ hoc eſt verum.

# Summularū Petri Hyſpani.

## Particula quinta: naturam huius ſigni nihil cum quodam ſophiſmate manifeſtat.

Sequit̃ de hoc ſigno nihil: qđ ſignificat idem q̄ nullus. ꝛ includit in ſe terminū recipiētem ſuam diſtributionē. q2 nihil: eſt ſignū vniuerſale cum negatiōe. ꝛ res eſt terminus recipiens eius diſtributionē. Circa p̄dicta querit̃ de hoc ſophiſmate. nihil vidēs eſt aliqđ videns. Probat̃ ſic. non rem hāc videns eſt aliquid videns. quia nō videns ſortē eſt videns platonē. non illā rem videns eſt aliquid vidēs ꝛc. ergo nihil videns eſt aliqđ vidēs. ergo prima eſt vera. Contra. ibi p̄dicat̃ oppoſitū de oppoſito. ergo locutio eſt falſa. Quidam diſtinguūt nihil videns eſt aliqđ vidēs. eo q̄ hec dictio nihil poteſt eſſe acti caſus. ꝛ eſt ſenſus nullā rem videns eſt aliqđ videns. vel poteſt eſſe nti caſus ꝛ eſt ſenſus. nulla res videns eſt aliqđ videns. ꝛ ſcđm hoc ponūt amphibologiā ex parte caſus. ſed hoc non ſoluit. quia in vtroq; ſenſu eſt falſa. Sed alij diſtinguūt hanc iterū ꝓpōnem. nihil videns. eo q̄ negatio in hoc termino nihil. poteſt negare participiū p̄mo poſitū ꝛ eſt ſenſus. nullam rem videns eſt aliqđ videns. ꝛ ſic eſt diuiſa. Vel poteſt negare hoc verbū eſt. et tunc eſt ſenſus. quālibet rem videns nō eſt aliquid videns. ꝛ ſic eſt cōpoſita: ſed hoc non ſoluit. q2 in vtroq; ſenſu ē falſa cum oppoſita ponant̃ circa idem. Solutio. dicendū eſt q̄ p̄ma eſt ſimpl'r falſa. ꝛ ꝓbatio peccat penes fallaciam figure dictiōis a pluribus determinatis ad vnā determinatā huius termini videns. q2 in p̄miſſis habet ſuppoſitionē determinatā ꝛ in ꝯcluſione ſimplr. Vel peccat ſcđm fallaciā accidētis. quia q̄uis videre cōmunicat̃ oibus ſcđm ſe: non tamē ſcđm q̄ vniūtur in hoc toto nihil videns. Vnū totum accidit parti. ꝛ eſſe vidēs aliqđ aſſignatur in ineſſe vtriq;. Sci

# Tractatus Septimus.

endū eſt q̄d omnes p̄miſſe ſunt duplices. q2 negatio pōt determinare v̄bum vel p̄ticipium. vt dictū eſt prius. Un̄ antiqui poſuerūt premiſſas eſſe duplices, p̄pter talē regulā quam dabant. Quotienſcūq3 negatio ꝛ diſtributio includuntur in vno termino ad q̄ocunq3 refertur vnū ꝛ reliquū. Unde cū diſtributio poſita in obliquo nō poſſit in p̄dicta oratione attingere verbū. ita neq3 negatio. Item idem eſt iudiciū de iſtis ſophiſmatib9 nullū caput habēs eſt aliq̄d caput habens. A nullo hoīe differens eſt ab aliquo hoīe differens.

## Particula ſexta de ſignis diſtributiuis duorum ſcilicet vterq3 ꝛ neuter circa que duo mouet ſophiſmata.

equit̄ de ſignis diſtributiuis duorū ꝛ talia ſunt neuter ꝛ vterq3. Et differūt a p̄dictis. q2 omis nullus. ꝛ ſimilia diſtribuunt p̄ omibus indiuiduis termini cōis. ſ3 vterq3 et neuter diſtribuūt ſolū p̄ duobus p̄ demonſtrationē oſtēſis. vt vterq3 iſtorū neuter iſtorū. Circa p̄dicta querit̄ de hoc ſophiſmate. Ab vtroq3 iſtoꝝ enunciatū eſt verū: poſito q̄ ſortes dicat deū eſſe. plato vero dicat hoīem eſſe anial. ꝛ ambo dicūt ſimul hoīem eſſe aſinū. ꝛ illi duo demonſtrarent̄ p̄ hoc p̄nomē iſtoꝝ. Probatio a ſorte enūciatum eſt verū a platone enunciatū eſt verū. ergo ab vtroq3 iſtorū enunciatū eſt verū. Contra ab vtroq3 enūciatū eſt verum. ſed nihil enunciatū eſt ab vtroq3 iſtoꝝ niſi hoīem eſſe aſinū. ergo hoīem eſſe aſinū eſt verū q̄d eſt falſum. Solutio prima eſt vera. et p̄batio peccat ſcd̄m fallaciā accidentis. ſicut habetur ab Ariſto. hec p̄poſitio ponitur eſſe vera. Omniū contrarioꝝ eadem eſt diſciplina: ꝛ tamē nulla particularis diſciplina eſt oīm contrarioꝝ. ſed diſciplina cōmuniter ſumpta. Unde hic eſt fallacia accidentis. oīm contrariorū eadē eſt diſciplina. ſ3 nulla eſt diſciplina niſi hec illa ꝛ cetera. ergo oīm

contrarioꝝ hec eadē eſt diſciplina vel iſta qꝺ eſt falſum Sič hic. hō eſt ſpecies. ⁊ nullus eſt hō niſi ſortes vel plato ⁊c. ergo ſortes eſt ſpecies vel plato. Et ſic eſt fallacia accñtis in ꝓpoſito. qꝛ hec dictio enunciatū eſt: ⁊ hec dictio verū: tenetur ꝓ ipſo in cōi. et ſic ab vtroqꝫ iſtoꝝ enunciatū eſt verū. Uñ enunciatū non tenet̃ pro ꝑticulari enūciato ab vtroqꝫ. vnde ꝑticulare enunciatū ab vtroqꝫ accidit enūciato in cōi ſicut ꝑticulare inferius accidit ſuo ſupiori et verū aſſignatur vtriqꝫ ineſſe. Et appellatur ſuperius hic omē qꝫ eſt maius ſiue ſit eſſentiale ſiue accidentale. Quidam tamē dicunt qꝫ pma eſt falſa. et dicunt qꝺ enunciatū accipit̃ pro particulari enūciato ab vtroqꝫ. et ſimiliter verū pro particulari. Et probatio peccat ſcđm fallaciam figure dictiōis a pluribus determinatis ad vnam determinatā huius termini enunciatū et huius termini verū. ſed pma ſolutio melior eſt et ſubtilior. Sequit̃ de hoc ſigno neuter quod ſignificat idem qꝫ vterqꝫ cum negatiōe ſibi ꝑpoſita. Uñ ſicut nullus de ſe habet diſtributionē ⁊ negationē. ſilr ⁊ neuter. ⁊ neuter eſt diſtributiuū duoꝝ tm̄ Item querit̃ de hoc ſophiſmate neutū oculū habēdo tu potes videre. Probatio: dextrū oculum nō habēdo tu potes videre: ſiniſtrum oculū non habēdo tu potes videre. ergo pma eſt vera. Contra neutrum oculū habēdo tu potes videre. ergo neutrū oculū habens vel dum neutrū oclm habes tu potes videre: qꝺ falſum eſt. Cōſequētia patet. qꝛ gerundia terminata in do habēt reſolui ꝑ dum. vel ꝑ ſi. vel per quia. ſed vtroqꝫ mō eſt falſa. ergo pma eſt falſa. Solutio prima eſt falſa: probatio peccat ſcđm fallaciā accidētia. qꝛ poſſe videre cōuenit partibus ſcđm ſe. ſcʒ prout ſunt diuiſe. ſed nō cōuenit eis put ſunt vnite in ſuo toto Unde hoc patet per primā regulam cū ad partes ſequat̃ totum. vt poteſta videndi conuenit partibus ⁊ non toti. ideo ſi partes inferant̃ de eo toto. ibi eſt fallacia accidentis.

# Tractatus Septimus.

## Particula ſeptima queſtionem vtrum negatio diſtribuat determinat.

Abito de ſignis diſtributiuis partiū ſubiectiuar. Cōſequēter querit. vtrum negatio habeat vim diſtribuendi ſiue cōfundendi. ⁊ dicit qḋ ſic. quia Ariſto. in pmo periermenias dicit ꝙ ille ꝯtradicunt. hō eſt iuſtus. non hō eſt iuſtus. ergo altera eſt vniuerſalis cum ſubiciat terminus cōis. ꝫ non niſi hoc non hō eſt iuſtus. ergo ille terminus hō diſtribuit. ſed nō eſt ibi aliquid a quo diſtribuit. niſi negatio. ergo diſtribuitur a negatiōe. Cōtra. ſi negatio habet ꝯfundendi. ergo ſicut iſta eſt incogrua. omnis ſortes currit. ſimilr hec. nō ſortes currit qḋ eſt falſum. quia ꝗuis ſignum diſtributiuū non poſſit addi termino ſingulari. tamen negatio bene poteſt addi. Item vbicūꝗ eſt diſtributio ibi eſt terminus cōmunis ſumptus vniuerſaliter. ergo oportet ꝙ ibi ſit dictio ſignificans qm̄ vniuerſaliter. ſed ſignum vniuerſale ſignificat qm̄ vl'iter tantūmō: negatio vero non. ergo non habet vim diſtribuēdi qḋ cōcedimus dicentes. ꝙ negatio non confundit. ſed negat hoc qḋ poſt ſe inuenit. Unde cū adiungit termino cōmuni negat ipm. ſed ad negationem ſupioris ſequitur negatio cuiuſlibet inferioris. eo qḋ deſtructo ſuperiori deſtruitur quodlibet eius inferius. ergo negatio non cōfundit ſed negat qḋ poſt ſe inuenit ſiue ſit vniuerſale vel particulare. Solutio aūt patet ad hoc qḋ obijcitur. quia qḋ hec eſt vniuerſalis. non hō eſt iuſtus. hoc non eſt ꝓpter naturā diſtributionis exiſtentis in negatione. ſed hoc eſt. qꝛ negatur hō in cōmuni. quo remoto remouet qḋlibet eius inferius. Item ſolet poni quedā diſtributio aptitudinis. vt omis homo timet in mari. id eſt aptus natus eſt timere in mari. Item ſolet poni diſtributio accōmodata. vt celū

tegit oīa preter ſeipm̄. ⁊ deus creauit omnia alia a ſe. ſed iſta duo genera diſtributionis non ſunt ita ꝓpria. vt alia.

## Particula octaua de hoc ſigno totus. Circa hoc vnum ſophiſma determinans.

Sequit̄ de hoc ſigno totus: qḋ eſt diſtributiuū partiū integraliū. vt hic totus ſortes eſt albus. Eſt em̄ ſenſus ſortes ſcḋm q̄libet ſui partē eſt albus. ad quā ſequit̄ q̄libet pars ſortis eſt alba. ꝓbatio in hac totus ſortes eſt albus ſortes ſubijcit̄ albedini ſcḋm ſe ⁊ partes eius nō ſcḋm ſe ſed ꝓut ſunt in ſuo toto ſiue ſub forma totius. ergo non ſubijciūtur albedini niſi ꝑ totū ⁊ ſic ꝑ prius ſequitur hec. ſortes ſcḋm q̄libet partem ſui eſt albus: ⁊ poſtea illa quelibet pars ſortis eſt alba. Item in hac totus ſortes eſt albus totus ſubijcit̄ albedini in rectitudine. partes aūt in obliquitate. q2 in eo qḋ eſt totū partes intelliguntur in obliquis ⁊ in eo qḋ eſt pars totū ſumitur oblique. patet ꝑ diuiſionem eius quod eſt totum. vt domus eſt ex pariete tecto et fundamento. ⁊ ſortes eſt ex partibus. ergo illud qḋ eſt totū dat intelligere partes obliquas. ergo ad hanc totus ſortes eſt albus. immediate ſequit̄ hec: ſortes ſm̄ q̄libet ſui partē eſt albus ⁊ mediate ſequit̄ iſta: quelib3 pars ſortis eſt alba. Itē ad idem illud qḋ eſt pars nō habet eſſe niſi ab eo qḋ eſt totū. quia nō habet ꝑfectionē niſi ab eo ergo nō ſubijcit̄ alicui niſi ꝑ totū. ergo totū ꝑus ſubijcit̄. ergo ad hanc tot⁹ ſortes eſt albus. immediate ſequit̄. ſortes ſcḋm qualibet ſui partē eſt albus et mediate quelibet pars ſortis eſt alba. Circa ꝑdicta de hoc ſophiſmate queritur. totus ſortes eſt minor ſorte. Probatio q̄libet pars ſortis eſt minor ſorte. ⁊ ſortes ſm̄ quamlibet ſui partē eſt minor ſorte. Cōtra. totus ſortes eſt minor ſorte. ergo ſortes eſt minor ſorte. Solutio prīa

# Tractatus Septimus.

eſt vera. ſ. hec. totus ſortes eſt minor ſorte. Et probatio peccat ſm fallaciam accidētis. q2 in iſta totus ſortes eſt minor ſorte. pdicatū attribuit partibus qbus vere conuenit: ſorti aūt non ↄuenit. ⁊ ideo hec ſimpliciter eſt falſa. ſortes eſt minor ſorte. et ideo ſi partes infe ferant eſſe minorem ſorte de toto ſiue de ſorte erit fallacia accidētis per vnā regulam ſupradictā. Unde totus ſortes eſt res ſubiecta. et ſortes accidit ei. ⁊ eſſe minor ſorte aſſignat̄ vtriqꝫ ineſſe. Etiam ꝓbatio peccat ſcdm̄ quid ad ſimpliciter. quia iſta. totus ſortes eſt minor ſorte. non ponit ſortem ſm ſe. ſed ſcdm̄ ſuas partes. ⁊ ideo potuit ſortem ſcdm̄ quid eſſe minorem ſorte. ita cum ſimplr̄ inferatur. ergo ſortes eſt minor ſorte. Peccat enim ſcdm̄ quid ad ſimplicit̄ ſicut ſortes ſcdm̄ pedem eſt minor ſorte. Item in quibuſdā ſequit̄. totus ſortes: ergo ſortes eſt totus. ſortes eſt albus. ergo ſortes eſt albus. ⁊ in quibuſdā non. Querit̄ in quibus ſequitur ⁊ in quibus non. Dicendū q̄ ſunt quedā accidētia que indifferēter conueniūt parti et toti. vt ſunt albus niger. calidū frigidum. augeri minui. et in talibus bene ſequitur. totus ſortes ergo ſortes. Alia ſunt accidētia que cōueniunt partibus ⁊ non toti et econuerſo toti ⁊ non partibus. vt totalitas. minoritas. paruitas. ⁊ in talibus nō ſequitur. totus ſortes. ergo ſortes.

## Particula nona de ſigna diſtributiōis qualitatis quorum naturam quondā ſophiſmate manifeſtat.

s Equit̄ de ſignis diſtributiuis accidētium. Inter q̄ pmo dicendū eſt de ſignis diſtributiuis qualitatis. Dicit̄ autem ſignū diſtributiuū qualitatis qd̄ diſtribuit res ſe habētes per modum qualitatis. vt quelibet cuius pticulare eſt aliqualibet. Sed tūc obijcit̄ q̄ ſi accidens qd̄ ſic accidēs multiplicet̄ mul-

tiplicato ſubiecto: ergo cum ſigna diſtributiua ſubſtātie diſtribuāt
ſiue multiplicēt ſubiectū oportet qd multiplicēt ſiue diſtribuāt ipm
accidens. ergo ſigna diſtributiua accidentiū ſupfluunt. Ad hoc di-
cendū eſt qd duplex eſt multiplicatio accidētis. quia quedā eſt mul
tiplicatio ſm numerū et hec fit per ſignū diſtributiuū ſubſtantie. vt
oīs homo albus currit. Alia eſt multiplicatio ſcōm ſpeciē: et hec
fit p ſigna diſtributiua accidētis. vt qualelibet currit. id eſt res ha-
bens qualēcunqꝫ qualitatē currit. Circa pdicta queritꝰ de hoc ſophi
ſmate. Quodlibꝫ qualelibet de quolibꝫ tali ſcit ipm eſſe tale quale
ipm eſt. poſito ꝙ ſortes ſciat grāmaticā logicam ⁊ rhetoricā ⁊ plato
⁊ cicero ſilr. ⁊ ſciant ſe habere eas. ⁊ ſunt alij tres hoies quoꝝ vnus
ſciat logicā. alter grāmaticā. ⁊ alius rhetoricam et iſti neſciāt ſe ha-
bere eas. ⁊ de alijs nihil ſciant. ⁊ alij ſciant de ſe ⁊ de iſtis ⁊ non ſunt
plures hoies nec plures qlitates. Probatio. hoc qualelibet de quo-
libet tali ſcit ipm eſſe tale quale ipm eſt. ⁊ ſic de ſcdo ⁊ tertio ⁊ nō ſūt
plura qualelibet. ergo qdlibet qualelibet de quolibet tali ſcit ipm eē
tale quale ipm eſt. Contra qdlibet qualelibet ⁊c. ergo qdlibet gram
maticū de quolibet tali ſcit ipm eſſe tale quale ipm eſt. Solutio pri-
ma eſt vera ⁊ improbatio peccat ſcōm fallaciam cōſequentis ab infe
riori ad ſupius cum diſtributione ſuperioris. qꝛ qualelibet ſupponit
tm̄ pro tribus ſcꝫ pro tribus pmis: ſed grāmaticus ſupponit p eiſdē
⁊ etiam p aliquo qui habet grāmaticā tm̄: ſic grāmaticū eſt in plus
qꝫ qualibet. Unde ſi apponatꝰ ſignum vniuerſale diſtributiuū ſic qd
libet qlelibꝫ ⁊c. ergo qdlibet grāmaticū ſit cōſequens. vt hec oīs
homo. ergo omne anial: et ſimilr in vltimo de quolibet qualelibet.
ergo de quolibet grāmatico. cum dicit de quolibet tali.

## Particula decima de ſignis diſtributiuis quan-

# Tractatus Septimus.

titatis circa ea ſophiſma determinans.

Equit̄ de ſignis diſtributiuis quātitatis et ſunt illa que diſtribuūt res ſe habētes per modū quātitatis vt quotienſcunqꝫ quātumcūqꝫ. Et ſcðm hoc querit̄ de hoc ſophiſmate. quotienſcūqꝫ fuiſti pariſius totiens fuiſti hō. Probatio. vna vice fuiſti pariſius ⁊ illa vice fuiſti hō vice fuiſti pariſius et illa vice fuiſti homo ⁊ c̄ijs. ergo quotienſcūqꝫ fuiſti pariſius totiēs fuiſti homo. Improbatio quotienſcūqꝫ fuiſti pariſius totiens fuiſti hō. ſed bis fuiſti pariſius. ergo bis fuiſti hō qð falſum eſt. qꝛ hec dictio bis importat interruptionē eius cui adiungit̄. ſed actus eſſendi hoīem nō fuit interruptus in te. Solutio p̄ma eſt falſa. Ad probationē autem reſpondendū eſt ꝑ interꝑtationē. quia ſcða pars copulatiue eſt falſa. ſ. illa vice fuiſti hō. quia adhuc nulla vice fuiſti hō. eo ꝙ nōdum vita fuit in te terminata. vt iterū inciperes viuere. ⁊ poſtea terminaretur. qð tamen requirit̄ ad hoc vt fuiſſes bis hō. ſicut bis incipitur curſus ⁊ bis terminat̄ ad hoc ꝙ aliquis bis currat. Et nota ꝙ bis non importat interruptionē tp̄is. ſed tm̄ actus illius cui adiungit̄. Ad terminū aūt ſequitur interruptio Si aūt formaret̄ ſic paralogiſmus quandocūqꝫ fuiſti pariſius fuiſti hō. ſed bis fuiſti pariſius. ergo bis fuiſti hō. p̄ma eſt vera ⁊ improbatio peccat ſm̄ fallaciam figure dictionis ex mutatiōe p̄dicamenti qꝛ quandocūqꝫ eſt in p̄dicamento qñ. bis in p̄dicamento q̄titatis. qꝛ eſt de genere q̄titatis diſcrete.

## Particula vndecima ⁊ vltima de infinito.

Equit̄ de infinito qð quinqꝫ modis dicit̄. Primo mō dicit̄ infinitū qð non pōt ptrāſiri vt vox dicit̄ indiuiſibilis q̄tum ad viſum eo ꝙ nō eſt apta nata videri. Alio mō di

citur infinitū qđ habet tranſitū imꝑfectum eo qđ nondū eſt termi-
natū tamē aptū natum eſt terminari vt dum aliqđ trāſit ꝑ ſpacium
et nondū ꝑuenit ad ſuū finem. Tertio mō dicitur infinitū ſcđm ap-
poſitione vnitatis vel alterius nūeri. Quarto mō dicitur infinitū
ſm diuiſionē: vt continuū. om̄e aūt continuū diuiſibile eſt in infini-
tum. Vñ ſic diffinitur ab Ariſto. quarto Phiſicoꝝ. Continuū eſt di
uiſibile in ſemꝑ diuiſibilia. Quinto mō dicit̄ infinitum vtroqꝫ mo-
do ſuple ꝑ appoſitionem ꝛ diuiſionē. vt tēpus. cum eñ tēpus ſit cō-
tinuū eſt diuiſibile in infinitū in diuiſiōe. vt cum poſt vnū tēpus ve-
niat aliud tēpus ſic ꝑ appoſitionem vnius tꝑis ad aliud eſt infinitum
Et quo ad has tres vltimas ſignificatiōes diffinit̄ ſic infinitū. In-
finitum eſt cui⁹ quantitatē accipientibus ſemper eſt aliquid extra ſu-
mere. vt ſi poſt vltimā partem linee accipiatur alia. ꝛ poſt alterā ter-
tia ꝛ nunqꝫ poſſit attingi terminus eius ideo linea dicitur infinita.
Solet autem poni ꝙ infinitū quandoqꝫ ſumit̄ ꝓ termino cōi. et tūc
iſta ꝓpoſitio infinita ſūt finita equiualet huic. aliqua infinita ſunt
finita. Quandoqꝫ ſumit̄ pro ſigno diſtributiuo. et tunc ille equalet
huic quo ad diſtributionē quolibet plura ſunt finita. Et probat̄ ſic
Uno plura ſunt finita. duob⁹ plura ſunt finita. tribus plura ſunt fi-
nita ꝛc̄. ergo q̄libet plura ſunt finita. ꝛ ſic dicit̄ facere interſcala-
rem diſtributionē vel interruptam vel diſcontinuā. quia hec dictio
plura in ꝑma ꝓpoſitione ſupponit ꝓ duobus. ꝛ deinceps in ſcđa pro
tribus. ꝛ ſic gradatim ꝛ ſcalariter aſcendēdo. ꝛ ſic iſta oratio quoli-
bet plura facit diſtributionē interſcalarē. quia ꝓ aliis ſupponit hoc
qđ dico q̄libet ꝛ pro aliis hoc qđ dico plura ſcđm numeꝝ aſcendēdo
vt dictū eſt. Circa ꝑdicta querit̄ de hoc ſophiſmate infinita ſūt fini-
ta. Probatio duo ſunt finita. tria ſūt finita. ꝛ ſic in infinitū. ergo in-
finita ſunt finita. Improbatio. ibi ꝑdicat̄ oppoſitū de oppoſito er go

infinita ſunt finita. Improbatio. ibi predicatur oppoſitum de oppoſito. ergo locutio eſt impoſſibilis. poteſt etiam ſic probari. quelibet plura ſunt finita. ergo infinita ſunt finita. Solutio. quidam diſtinguunt eo quod infinitum eſt equiuocum ad infinitum quo ad nos et quo ad infinitum ſimpliciter. Unde ſi ſumatur infinitum quo ad nos. prima poteſt eſſe vera. et non predicatur oppoſitum de oppoſito. quia infinite quo ad nos ſunt ſtelle et arene maris que non ſunt infinite ſimpliciter. ſi autem ſumatur infinitum ſimpliciter eſt ſimpliciter falſa. et predicatur oppoſitum de oppoſito. Alii autem diſtinguunt eo quod infinitum poteſt eſſe terminus communis. et ſic prima eſt falſa vel poteſt eſſe terminus ſinkathegoreumaticus importans in ſe diſtributionem vt dictum eſt. et ſic ponunt eam eſſe veram. Sed neutra iſtarum ſolutionum valet. quia ſi remoueatur vtraque diſtinctio et ſumatur infinitum ſimpliciter et ſecundum quod eſt terminus communis adhuc remanet probatio et improbatio huius ſophiſmatis. Unde dicendum eſt quod prima ſimpliciter eſt falſa. et probatio peccat ſecundum quid ad ſimpliciter quia infinitum appoſitione eſt infinitum quodammodo et non ſimpliciter. Unde cum accipit partes numeri ſecundum appoſitionem. vt duo tria non accipit infinitum ſimpliciter. ſed quodammodo ſiue ſecundum quid. et ideo non poteſt inferri ex his infinitum ſimpliciter.

# Tractatus ſeptimus de exponibilibus ſeptimo Petri hyſpani annexus. nouem habet capitula Primum eſt de definitione propoſitionis exponibilis et terminorum exponibilium numero.

P Ropoſitio exponibilis eſt propoſitio habens ſenſum obſcurum expoſitione indigentem propter aliquod ſinkathegoreuma in ea poſitum vel in aliqua dictione incluſum vt tantum homo currit ſortes incipit eſſe albus et cetera. Pro quo ſciendum quod ea que faciunt propoſitionem exponibilem ſunt in multiplici differentia quedam ſunt

ſigna excluſiua. vt tm̄ ſolū. quedā exceptiua. vt niſi p̄ter q̄. Quedā importāt reduplicationē. vt inquantū ſcd̄m q̄. Quedā inceptionē ꝛ deſitionē. vt incipit deſinit. quedā p̄uationē finis. vt infinitum. quedā exceſſum vt cōparatiui ꝛ ſuplatiui gradus. Quedā diſtinctionem vt differt aliud. Et quedā importāt ſpecialē modū diſtributionis vt totus ꝛcȳs. Vn̄ ꝓpter iſta ſigna ꝓpoſitio dicit̄ obſcura ꝛ indiget expoſitione quare videndū eſt de ipis per ordinem.

## Capitulū ſcd̄m. de expoſitione ꝓpoſitiōis excluſiue.

Signa vero excluſiua ſunt que ex ſua ſignificatione excluſionē important ꝛ a quibus reddit̄ ꝓpoſitio excluſiua. vt ſunt iſte dictiones. tm̄ ſolum dūtaxat ꝛ ſimiles. Hec em̄ ſigna quandoq̧ ponūtur gratia alietatis ꝛ aliquādo gratia pluralitatis. quandoq̧ ponunt in ꝓpoſitione ſine negatione quādoq̧ cū negatione p̄cedente aut ſequente. De iſtis autem tales dātur regule. Prima eſt excluſiua ſine negatione exponitur per vnam copulatiuā affirmatiuā cui⁹ p̄ma pars eſt preiacēs excluſiue ſed ſcd̄a pars negatiua importans negationē predicati de omnibus alijs a ſubiecto. vt tantū homo eſt riſibilis. homo ē riſibilis ꝛ nihil aliud ab homine eſt riſibile. Tm̄ apoſtoli dei ſūt duodecim. ap̄li dei ſunt duodecim ꝛ nō plures quā duodecim. Scd̄a regula eſt q̄ ꝓpoſitio excluſiua huius generis infert. copulatiuā cōpoſitam ex duabus exponentibus ꝛ qualibet earum ſeorſum ꝛ nō ecōtra. vt tantū hō currit. hō currit ꝛ nihil aliud ab hoīe currit. Tertia regula eſt q̄ ab excluſiua affirmatiua ad vniuerſalē de terminis trāſpoſitis eſt bona ꝯſequētia ſi fiat excluſio gratia alietatis ꝛ nō ecōtra. vt bene ſequit̄ tantū animal eſt hō. igitur omis homo eſt anial. Quarta regula eſt q̄ excluſiua ꝯtradictoria poris exponit̄ diſiunctiue per diſiūctiuam affirma-

# Tractatus Septimus.

tiuā de partibus ꝯtradicētibus partibus p̄ʒioris excluſiue. vt iſta non tm̄ homo currit. id eſt nullus hō currit. vel aliqđ aliud ab hoie currit. patet ex virtute ꝯtradictionis. Et hoc etiam patet qualiter ab his valeat cōſequentia. Quinta regula ꝙ excluſiua in qua ponitur ſola negacio ſequens excluſionē exponitur per vnam copulatiuam affirmatiuā cuius prima pars eſt negatiua preiacens. Alia eſt affirmatiua in qua predicatum affirmatiue enunciatur de quolibet alio in ſubiecto. vt tantū accidens non eſt ſubſtantia. id eſt accidēs non eſt ſubſtācia. et om̄e aliud ab accidente eſt ſubſtantia. Ex hoc patet qualiter cōtradictoria eius eſt exponenda.

## Capitulū tertiū de ꝓpoſitiōis exceptiue expoſitiōe

Sequit̄ de ſignis exceptiuis. Dicunt̄ autem dictiōes exceptiue que ſignificāt exceptionē alicuiꝰ cōtenti ſub aliquō diſtributo. vt p̄ter p̄terꝗ̄ niſi ⁊cǰs. De quibus dantur tales regule. Prima eſt ꝙ om̄is exceptio fit a toto in quātitate. Eſt aūt totum in quātitate terminus cōis ſumptus cum ſigno vniuerſali. vt oīs homo p̄ter ſortem currit. Scđa regula eſt ꝙ dictio exceptiua nō impedita facit terminū cōiem ſupra quem cadit immediate ſupponere ſimpl'r. vt omne anīal p̄ter hoiem eſt irrationale. ibi hoiem ſupponit ſimpl'r. Tertia regula ꝙ vniuerſalis exceptiua affirmatiua exponit̄ copulatiue per tres kathegoricas exponentes quarum p̄ma affirmat predicatū de ſubiecto ſumpto cū ly aliud ab alio Scđa affirmat terminū a quo fit exceptio de termīo excepto. in tercia negatur p̄dicatum de termīo excepto. vt hic om̄e aīal preter hominē eſt irrationale. Quarta regula vniuerſalis negatiua exceptiua exponit̄ copulatiue per tres exponentes in quaꝝ prima predicatum negat̄ de ſubiecto ſumptū cū ly aliud ab alio. Et in ſcđa affir-

matur terminus a quo fit exceptio de termino qui excipitur. In tercia affirmatur vniuerſaliter pᵭicatum de termino excepto. vt nullū animal preter hoiem eſt riſibile. exponitur ſic. nullum animal aliud ab homine eſt riſibile. homo eſt anial. ⁊ omis homo eſt riſibilis. Ex iſtis patet qualiter in iſtis exceptiuis valeant cōſequentie ab exponentibus ad expoſitam vel econtra. Quare eodem modo dicendū eſt de ipſis ſicut de copulatiuis quibus exponūtur.

## Capitulum quartum expoſitionem propoſitionis reduplicatiue ſuis regulis manifeſtat.

Sequitur de reduplicatiuis dictiōibus. Dicūtur aūt reduplicatiue dictiones q̄ important ratiōnē ſcḋm quā aliud alteri attribuitur. vt inquantū ſcḋm q̄. ea ratiōe. ⁊ ſimiles De quibus dantur tales regule. Prima q̄ dictio reduplicatiua p̄ſupponit aliqᵭ predicatum ineſſe alicui ſubiecto ⁊ denotat illud ſupra qᵭ cadit immediate eſſe cauſam illius inherētie. Scḋa regula q̄ dictio reduplicatiua ſemꝑ refertur ad predicatū ⁊ nūq̄ reduplicat ipm. Tercia regula q̄ ꝓpoſitio reduplicatiua affirmatiua exponitur copulatiue per q̄tuor exponētes affirmatiuas. quarꝫ p̄mo affirmat p̄ncipalem predicatū de ſubiecto. Scḋa affirmat reduplicatū de ſubiecto. tertia predicatū p̄ncipale de reduplicato vniuerſaliter. quarta eſt vna cauſalis in cuius antecedēte ponitur dictio ſupra quam cadit reduplicatio de aliquo trāſcedente. ⁊ in cōſequente pᵭicatū p̄ncipale affirmatur de relatiuo illius tranſcendētis. vt hic. hō inquantū rationalis eſt flebilis. id eſt hō flebilis ⁊ hō eſt rationalis. ⁊ omē rationale eſt flebile. et q2 aliquid eſt rationale et ipm eſt flebile. Quarta regula ꝓpoſitio reduplicatiua in qua ponitur negatio quedā poſt dictionem reduplicatiuā exponitur copulatiue per quatuor exponen

tes quarum p̄ma negat predicatū principale de ſubiecto principali Scd̄a affirmat reduplicatū de eodē. Tertia negat vniuerſaliter p̄dicatū principale de reduplicato. Quarta eſt vna cauſalis in cuiꝰ antecedēte p̄dicatur reduplicatū de vno traſcedente ꝛ in cōſequēti negatur predicatū de relatiuo illius tranſcedētis. vt hic nullus hō inquantū eſt rationalis eſt rudibilis. id eſt nullus hō eſt rudibilis. ꝛ oīs homo eſt rationalis. ꝛ nullū rationale eſt rudibile. ꝛ quia aliquod eſt rationale ip̄m non eſt rudibile. Ex quo patet per legem cōtradictionis q̄liter ſunt exponende cōtradictorie iſtarū. patet etiā ꝙ in iſtis valet cōformiter conſequētia ſicut in p̄dictis.

## Capitulum quintum propoſitionis gratia illorum verborum incipit et deſinit eſt expoſitiuū.

S Equitur de incipit et deſinit: pro quoꝝ expoſitione notandum eſt qđ rerum quedā ſunt quarū eſſe acquiritur totum ſimul in inſtanti. vt homo vel binarius ſiue homo ſit mediante aliqua trāſmutatiōe ſucceſſiua precedēte. vt in productiōe naturali ſiue hoc ſit ſine vlla tranſmutatione p̄cedente. vt in creatione angeli. Quedam autē ſunt quorum eſſe acquiritur ſucceſſiue. et pars poſt partem. vt ſunt res nature permanentis quarū denoīatio dependet a dn̄io cōtrariĳ ſupra contrariū ſicut albū nigrū ꝛ frigidū calidum. Etiā res nature ſucceſſiue. vt motus tēpus. Etiā aliquaꝝ rerum eſſe deperditur totū ſimul ꝛ in inſtanti. Aliarū aūt deperditur ſucceſſiue. Et ſcd̄m has differētias quatuor ponuntur regule. Prima ꝓpoſitiones de incipit in rebus quaꝝ totum eſſe ſimul acquiritur exponuntur per vnā copulatiuā cuius p̄ma pars eſt affirmatiua de p̄nti ꝛ ſcd̄a negatiua de p̄terito vt hic. homo incipit. id eſt homo nūc eſt ꝛ immediate ante hoc non fuit. Scd̄a regula ꝓpōnes de incipit in

rebus quaꝝ eſſe acquirit̃ ſucceſſiue exponunt̃ per vnam copulatiuã cuius prima pars eſt vna kathegorica negatiua de pñti ⁊ ſcḋa eſt affirmatiua de futuro. vt hic ſortes incipit eſſe albus. i. ſortes nunc nõ eſt albus ⁊ immediate poſtea erit albus. Tertia regula ꝓpões de deſinit rerum quaꝝ totum eſſe ſimul deperditur exponit̃ ꝑ vnã copulatiuã cuius ꝑma pars eſt affirmatiua de pñti ⁊ ſcḋa eſt negatiua de futuro. vt ſortes deſinit eſſe hõ. i. ſortes nunc eſt hõ ⁊ immediate poſtea nõ erit hõ. Quarta regl'a ꝓpões de deſinit quaꝝ eſſe deꝑdi tur ſucceſſiue exponunt̃ ſicut copulatiue ꝑ vnã negatiuã de pñti: et aliã affirmatiuã de ptõ. vt hic ſortes deſinit eẽ albꝰ. i. ſortes nũc nõ eſt albus ⁊ immediate añ hoc fuit albus. Ex ꝑdictis patꝫ quõ ꝯtradictorie iſtaꝝ ſunt exponẽde. ⁊ quomodo in ipis valeat cõſequẽtia.

## Capitulũ ſextum propoſitionem in qua ponitur infinitum exponere docet.

S Equit̃ de infinito cuius quedã ſolẽt aſſignari diſtinctiones. Prima eſt ꝙ infinitũ quãdoqꝫ ſumit̃ negatiue ⁊ eſt illud quod nõ eſt finitũ nec aptum natũ finiri: vt pũctus vel deus. Alio modo ꝑuatiue: ⁊ eſt illud qḋ non eſt finitũ ſed aptum natum eſt finiri. vt motus nõ dum ꝑfectus eſt infinitus. Et illud eſt triplex. ſcꝫ finitum per appoſitionẽ tm̃. vt numerus. ⁊ infinitum per diuiſionẽ. vt in cõtinuo. ⁊ infinitũ per appoſitionẽ et diuiſionẽ ſimul ſicut eſt tẽpus. Scḋa diuiſio eſt infiniti qua diuidũt omes modi ꝓcedẽtes quoꝝ aliud dicitur infinitũ actu qḋ eſt quantũ nõ terminatum. Aliud eſt infinitũ in potẽtia. Aliud dicit̃ infinitũ ꝗ ad nos tm̃ ⁊ non ſm̃ rem. Tertia diſtinctio eſt qḋ infinitũ capitur vno modo ſignificatiue. vt eſt terminus cõmunis. ⁊ ſic ſignificat quantitatẽ rei ſubiecte et predicate; vt cum dicitur motus eſt infinitus. Alio mo-

do capit̃ ſinkathegoreumatice nō prout dicit quantitatē rei. ſed in quantū ſe habet ad ſubiectū in ordine ad p̃dicatū. ⁊ ſic non eſt terminus cōis. ſed diſpoſitio ſubiecti ⁊ ſignū diſtributiuū. Et de his dantur tales regule. Prima eſt. infinitū ſinkathegoreumatice ſumptū poſitū in ſubiecto facit terminū ſequentē ſtare cōfuſe tm̄. vt hic infiniti hoies currunt. ibi hoies ſupponit confuſe non tn̄ mobiliter. Secunda regula eſt. ꝓpoſitio de infinito ſinkathegoreumatice capto exponit̃ per vnam copulatiuā cuius p̄ma pars affirmat predicatuz de ſubiecto ſumpto ſub aliqua quātitate cōtinua vel diſcrata. et ſecunda negat predicatū ineſſe tali ſubiecto ſcōm determinatā quantitatem. vt iſta infiniti hoies currunt. exponit̃ ſic. aliqui hoies currunt ⁊ non tot quin plures duobus vl' tribus. Tertia regula. ꝙ propoſitio de infinito capta kathegreumatice ſiue ſignificatiue exponitur per vnam copulatiuam cuius prima pars affirmat quantitatem ſeu predicatum de ſubiecto. ⁊ ſc̃a negat terminū illius quantitatis. vt hic linea eſt infinita id eſt linea eſt quanta. ⁊ nō habet terminū quātitatis ſue. Et hoc ſi infinitum ſit in p̃dicato. Et ſi ſit in ſb̄iecto prima affirmat p̃dicatum de ſubiecto quanto. ⁊ ſcd̄a negat terminū illius quantitatis. vt hic aliquod corpus infinitū eſt album. id eſt aliquod corpus quātum eſt albū. ⁊ illud corpus nō habet terminū quātitatis ſue. Et nota ꝙ oportet negare terminū illius quātitatis ſcōm qd̄ dicitur infinitū ita ꝙ ſi ſit infinitū in actu negādus eſt terminus quantitatis actualis. Et ſi in potentia ita ꝙ ſit infinitum ſcōm potentionalē quantitatem ⁊ non ſcōm actualem negandus eſt terminus quātitatis potentionalis ⁊ non quantitatis actualis ſiue ſit infinitū ſcōm appoſitionem ſiue ſcōm diuiſionem.

## Capitulum ſeptimum de comparatiui et ſuperlatiui expoſitione.

Equit de cōparatiuis ⁊ ſuplatiuis de quibus dantur ta-
les re[g]ule. Prima ꝙ ꝓpoſitio habens cōparatiuū ꝓprie
captum. ⁊ nō abuſiue exponit copulatiue per tres expo-
nentes quarū prima affirmat poſitiuū de re excedēte. ſcd̄a affirmat
eundem de re exceſſa. tertia affirmat exceſſum de re excedente et re-
ſpectu rei exceſſe. vt hic ſortes ē fortior aſino. id eſt ſortes eſt fortis
⁊ aſinus eſt fortis et ſortes eſt magis fortis ꝙ̄ aſinus. vel negando
equalitatē forme rei exceſſe reſpectu excedētis. vt ſi ſortes eſt fortis
⁊ aſinus eſt fortis ⁊ nō eſt eque fortis ſicut ſortes ⁊cᷓ. De ſuplatio
talis datur regula ꝙ ſuplatiuus diſtribuit terminū ſequentē qui ſi-
gnificat rem exceſſam. vt leo eſt fortiſſimus aialium. ibi aialium di-
ſtribuitur. Scd̄a regula eſt ꝙ ſuplatiuus proprie tentus vult geni-
tiuū ſignificantē rem exceſſam cōuenire rei excedenti. patet. q2 hec
eſt impropria. leo eſt fortiſſimus lincū. q2 linx de leone non verifica-
tur. Tertia regula ꝙ ꝓpō de ſuplatiuo ꝓprie capto exponit copula-
tiue ꝑ tres exponentes quarū ꝓma affirmat predicatū de re exceden-
te. Scd̄a affirmat idem de re exceſſa. Tertia vniuerſaliter negat ideȝ
de re exceſſa per reſpectū ad rem excedentē. vt hic roſa eſt pulcherri-
mus florum. i. roſe eſt pulchra ⁊ omīs flos eſt pulcher et nullus flos
eſt pulchrior roſa. Si vero ſuperlatiuus teneatur affirmatiue tertia
exponēs debet eſſe affirmatiua affirmans exceſſum de re excedente
per reſpectū ad rem exceſſam acceptā vl'iter. vt dicendo roſa eſt pul
chrior omī flore. Et omēs ꝓpōnes de maximo ⁊ minimo his duob⁹
modis poſſunt exponi. Si ibi nullus poneret gtūs. tunc iſte geniti-
uus deberet obmitti. vt hic ſortes eſt fortiſſimus hō. ſortes eſt for-
tis ⁊ nullus eſt fortior ipō. Et cōtradictorie iſtarum ſemꝑ habēt ex-
poni per diſiūctiuas de partibus cōtradicentibus.

**Capitulum octauum de expoſitiōe dictionum dif-**

ferentiam importantium.

SEquit̃ de differt ⁊ aliud. de quibus dant̃ regule. Prima ꝙ differt diuerſum aliud cõueniunt tm̃ entibus. Nam vt dicitur decimo Methaphiſice. nec nõ ens enti nec ens non enti eſt idẽ vel diuerſum. Scđa regula ꝙ ablt̃us rectus ab iſtis dictiõibus mediãte a vel ab diſtribuit̃ ſi ſit diſtribuibilis niſi habeat impedimentũ. Tertia regula eſt ꝙ ꝓpoſitio affirmatiua de differt exponit̃ copulatiue per tres exponẽtes in quaꝝ prima affirmatur hoc predicatũ eſt de eo ꝙ differt. In ſcđa affirmatur idem de eo a quo differt. Tertia regula negat vnũ illoꝝ de alio. vt homo differt ab aſino. id eſt homo eſt. aſinus eſt. ⁊ homo non eſt aſinus. Quarta regula eſt ꝙ ꝓpoſitio negatiua de differt debet exponi per vnam diſiunctiuã de partibus cõtradicẽtibus. vt ſortes non differt ab aſino id eſt ſortes non eſt vel aſinus non eſt vel ſortes eſt aſinus. Et cõſequentie valent in iſtis ſicut dictum eſt in ꝓcedentibus.

## Capitulum nonum ⁊ vltimum dans expoſitionem ꝓpoſitionẽ in qua ponit̃ totus ſinkathegoreumatice acceptũ.

SEquitur de hoc ſigno totus. Pro quo ſciendũ qđ hoc ſinkathegoreuma totus accipitur tribus modis. Uno mõ vniuerſaliter pro illo qđ habet partes vnde cõponitur. Scđo modo magis ꝓprie pro omi illo quod ex oibus ſuis partib⁹ eſt ꝑfectum ſicut domus dicit̃ tota quando eſt cõpleta. Et his duobus modis totus tenet̃ ſignificatiue et kathegoreumatice. Tertio modo ſumit̃ ſinkathegoreumatice prout icludit ſignũ diſtributiuũ vt hic totus ſortes eſt albus. et ſic non dicit quale ſit ſubiectum ſed qualiter ſe habeat ad p̃dicatũ. Et illo modo reddit ꝓpõnem exponibilẽ. De q̃ dantur due regule. Prima eſt ꝙ totus diſtribuit termi

74
74

nū cui adiūgitur pro qualibet eius parte integrali. vt totus ſortes eſt albus.i. quelibet pars ſortis eſt alba. Scḋa regula eſt ꝓpoſitio affirmatiua de toto exponit̄ per vnā kathegoricā tranſmutando totus in hoc quod eſt ſcḋm quālibet ſui partem. vt totus ſortes eſt minor ſorte.i. ſortes ſcḋm quālibet ſui partē eſt minor ſorte. Preterea notandū ꝙ hec ſigna quilibet quantūlibet non ꝓprie faciunt ꝓpoſitiōes exponibiles ſed faciunt diſtributionē nō abſolutā ſcḋm modum reliquoꝝ ſignorum ſicut ſunt iſta ſigna. oīs nullus. Sed contrahunt ſpeciem ad aliquod determinatū genus ꝑdicamentale. vt q̄tumlibet diſtribuit pro quantitate ꝯtinua. et tantū valet ſicut habens omnem quantitatē cōtinuam. Et qualelibet diſtribuit ꝓ omni qualitate ⁊ tātum valet ſicut habens omnē qualitatē. Et ſic de ſimilibus. Et de exponentibus dicta ſufficiant.

Finiunt tractatus Petri Hyſpani in tractatus et capita ſolerter diſtincti. Impreſſiq; Cracouie per dominū Johannē Haller ciuis eiuſdem. Anno domini. M. quingenteſimo decimoquarto.

Jones de Sbonyko Anno Cristi 1 7 1 9

BIBLIOTH: UNIV: JAGELLONICAE

d. d. [illegible] quod signum [illegible] ſuper [illegible] et quod non
[illegible] p[ro] logica [illegible] Si signum [illegible]
[illegible] et non [illegible] ſubiecto [illegible]
[illegible] ſuper [illegible] et [illegible] Si [illegible]
[illegible] vel predicato
[illegible]
[illegible] tota terminatur in illo termino cui additur
Ut in hac p[ro]p[ositi]o[n]e [illegible] omnis [illegible]
[illegible]
[illegible] omnis [illegible]
[illegible]

d. d. ampliacio[n]e[m] termini requi-
ritur [illegible]
& termi[n]i ampliabiles [illegible]
vel significabiles p[ro] diversis
[illegible]
[illegible] correspondentia [illegible]
& [illegible] termi[n]i ampliabiles [illegible]
[illegible] in ordine ad terminum
[illegible]
[illegible] & termi[n]i
ampliativus importet
[illegible] in ordine
ad [illegible] ampliatur

BIBLIOTH: UNIV: JAGELLONICAE

Petri Hispani
Textus